C. VALERII CATVLLI
ELEGIA
AD
MANLIVM.

LECTIONEM CONSTITVIT

LAVR. SANTENIVS.

LVGDVNI BATAVORVM

APVD A. ET I. HONKOOP

CIↃIↃCCLXXXVIII.

PRAEFATIO.

Cum iam ante aliquot annos novam Catulli recensionem promiserim, miretur aliquis, me non ipsam editionem, sed futurae editionis specimen proferre. Sed is iustis de caussis me sic fecisse sciat; quarum praecipuae hae duae sunt.

Altera, ut de instituti mei ratione, quae multo mihi labore nec levi impensâ constitit, iudicia et animadversiones eruditorum hominum antea explorem. Altera, ut plura germanae lectionis constituendae adiumenta undique conquiram, et quoscunque, eius rei facultatem habentes, ad communicandas opes suas invitem.

Quamvis enim, copiae iam satis insignes, fusius aliquando designandae, mihi suppetant humanitate et curâ Virorum cum Eruditorum, tum Litteris et mihi faventium, Ruhnkenii, Langeri, Giovenazzii, Wernsdorffiorum, patris et filii, Ang. Mar. Bandinii, Ioan. Andr. Munter, eheu! acerbâ morte nobis intercepti, Abbatum Ioan. Dom. Coletii, Barth. Mercier et de-Terzan, Guil. Car. Boers, Pauli Marron, ex quibus hic vir facundissimus, idemque longe optimus, Codices non minus septem mihi suâ manu excerpsit; quibusque omnibus immortales gratias a me deberi, iam nunc libens profiteor: complura tamen, proposito meo vel necessaria vel utilia futura, mihi deesse et alibi latere compertum habeo.

De multis pauca ut memorem, Editionis Parmensis A. 1473 lectiones plane ignoro; Codicum Viennensium Variantes ne per Comitem quidem Wassenarium, nostrae aliquo tempore Reipublicae res apud Austriacos agentem, nec a doctissimo Bollâ adhuc impetrare potui; Praeterea deest mihi Dresdensis, Pinelliani, aliorumque Codicum collatio, tum Eruditorum nonnullorum Notae in Catullum ineditae.

Om-

P R A E F A T I O.

Omnes igitur, quibus vel nitor Latinissimi Poëtae curae sit, vel qui de me bene mereri dignentur, ut, sive Recentiorum Criticorum correctiones, editas vel ineditas, sive quaecunque a me omissa deprehenderint, mihi indicent aut mecum communicent, etiam atque etiam rogo.

Si qua autem lateant, quae institutum meum adiuvare possint, non solum indicanti indicium debebo, sed etiam sumtus in eorum descriptionem faciendos cum grati animi significatione restituam.

Caeterum novam Catulli editionem a viris eruditis non solum ideo desiderari opinor, quod omnes huius Poëtae rarius sunt obviae, sed vel maxime quod earum, quibus fere utimur, lectio unde petita quâve auctoritate sit, vel omnino latet, vel difficillime indagatur:

Iam ab anno enim 1486 Parthenius, dein alii, sed inprimis magnus Scaliger et Vossius, ille nimiâ usus festinatione, et nimis pro imperio agens, hic ad quamvis aliam eruditionis partem, quam ad Poëticam, tractandam aptior, ingenii sui inventa, quam Codicum fidem, lectori exhibere maluerunt.

[illegible] praesertim Eruditorum e texto expulsis.

Quo mihi diligentius cum in uniuscuiusque vocis antiquam scripturam et auctoritatem, ex MSS. et editionibus Principibus petitam, tum in corruptelae initia et originem inquirendum, existimavi.

Veneti Codicis collationem, si, cui multa, alibi memoranda, debeam, ab eodem etiam plura petere fas sit, ab eruditione non minus, quam humanitate clarissimo Morellio exspecto.

Scribebam Leidae A. D. Kal. Decemb. 1788.

Carbon.] Neapoli in bibliotheca Coenobii Cong.nis S. Ioannis de Carbonaria FF. Augustinensium Catulli Cod. MS. in membrana totus, in MSS formalis n. 156. Videtur scriptus A. 1455.

C A.

CATVLLVS

AD

MANLIVM.

Quod mihi fortunâ, casuque oppressus acerbo,
Conscriptum hoc lacrymis mittis epistolium;

Nau-

AD MANLIVM;] Quamvis Codices et Editiones antiquae in scribendo hoc nomine varient, modo *Malium*, modo *Mallium*, tum *Manilium* exhibentes; pauci tamen MSS. dant: *Manlium*, quod primus recte vulgasse videtur Muretus. eadem confusio apud Cicer. I Catil. 3 ubi consule Commentatores et Ernestium in Clavi; Horat. III Od. 16, 1. ipsae inscriptiones in scribendo hoc nomine turbant; vide Aldi Orthogr. p. 494. Pierium ad Virg. VIII Aen. v. 652. Drakenb. ad Liv. T. IV. p. 870. T. VI. p. 79. et T. I. p. 978. b.

v. 1. *Quod*] satis constanter in Codd. in Editionibus ad unam omnibus conspicitur; quatuor tamen mei MSS. habent *quid*; ex uno Vossius enotaverat *quo*, atque ita Nic. Heinsius legendum coniecerat, puto, cum interrogatione in fine distichi. *quod* firmari tamen videtur v. 9.

v. 2. *conscriptum*;] ⸢*consperfum* legebat Cl. Schraderus, Musarum Romanarum non ita pridem ingens decus. ⸢ *hoc*] male omisit Muretus, et pauci, qui eum expresserunt.

⸢ i. e. scriptum. Vid Forcell h. v. init et conf Ernest. Clav Cic / v conscribere fine

⸢ et ita etiam Editiones; id suppressit.

v. 3.

Naufragum ut, eiectum spumantibus aequoris undis,
Sublevem, et a mortis limine restituam;
Quem neque sancta Venus molli requiescere somno,
Desertum in lecto coelibe, perpetitur,

Nec

v. 3. *Naufragum ut;*] *Naufragi* aequoris divinabat Heinsius. pro *ut*, quod in optimis Codd. est, nonnulli habent: *et.* Obversabatur hoc distichon animo Virgilii IV Aen. 373:

— — eiectum *litore egentem*
Excepi, et regni demens in parte locavi;
Amissam classem, socios a morte reduxi.

Ex Homero. Vid. Ursinum.

item Petronio in fragm. p. 879:

Naufragus, eiectâ *nudus rate, quaerit eodem*
Percussum telo, cui sua fata legat.

Cod. Leid. n. 81 *ereptum*; frustra.

v. 5. *somno desertum* construebat Parthenius; male. *desertus* est viduus, orbatus, ut in Anthol. Lat. T. 2. p. 8:

Cum praematurâ raptum mihi morte nepotem
Flerem, Parcarum putria fila querens;
Me desolatum, me desertum, *ac spoliatum*
Clamarem, largis saxa movens lacrymis.

ita infra v. 29:

Fri-

Nec veterum dulci Scriptorum carmine Musae
Oblectant, cum mens anxia pervigilat;
Id gratum est mihi, me quoniam tibi dicis amicum,
Muneraque et Musarum hinc petis et Veneris.
Sed

Frigida deserto *tepefecit membra cubili.*

et, qui hunc versum forsan expressit, Ovidius I Her. v. 7:

Non ego deserto *iacuissem frigida* lecto.

adde Propert. II. VII, 17, XIV, 10. et ibi Burm.

v. 6. *lecto* in omnibus Codd. et Editt. praeter Statianam, quae *thalamo* habet, quod aberrante forsan calamo factum. Caeterum non minus de amatorio, quam legitimo, toro *thalamum* dici, quod non putabat Scaliger, vel unus Ovidii locus ostendit II Art. 704.

v. 8. *pervigilat*] in ~~quatuor~~ quinque et viginti inveni Codicibus, et omnibus, Editionibus antiquis; primus Scaliger *pervigilet* edidit, quem posteriores secuti, haud scio an addicentibus duobus Codd. Regiis. Pervigilet correxerat …

v. 9. *dicis*] in triginta offendi Codicibus, et in Editionibus quatuor prioribus; quod Corradinus, interpretum ultimus, isque solus, accipiebat pro, *eligis*. *dulcis* est in meo ~~tantum~~ Codice; *ducis*, quod antiquissima manus Vallieriani Codicis margini annotavit, primus vulgavit Calpurnius Vicentiae A. 1481, unde posteriores omnes, si a duabus Beroaldinis editionibus discedas, repetierunt. Cicero V ad Div. 3: *te mihi fratris loco esse duco.*

v. 10. *Munera Musarum et Veneris,*] varie explicant interpretes. equidem illos sequor, qui versus amatorios intelligunt. prius *et* omittunt Cod. Hamburg-

Sed, tibi ne mea ſint ignota incommoda, Manli,
Neu me odiſſe putes hoſpitis officium;
Accipe, quîs merſer fortunae fluctibus ipſe,
Ne amplius a miſero dona beata petas.

Tem-

---

burg. et Regiae chartae. Singularis autem eſt lectio, quam annotatam vidi exemplari *Bibl.* Leid. Hiſt. n. 128:

Munera Muſarum*que* hinc petis, *hinc* Veneris.

hinc explicat, *ab urbe Veronâ*, Parthenius; *hac de cauſâ*, Guarinus; ego δεικτικῶς, *a me amico.* Vide v. 17.

v. 11. *ne;*] *nec* in ſolo Cod. Hamburgenſi. *commoda* pro *incommoda* in duodecim MSſ. plerique Codices habent, *Malli*, item Editiones vetuſtae, vel *Mali*: Parm. Rheg. primus *Manli* dedit Muretus, quod firmant unus Leid. Riccardian., et Carlon Collationes Coluthi, et Excerpta Perreii, Minturni et Anonymi.

v. 12 *hoſpitis;*] cum de hoſpitio Catulli, quo Manlium Veronae uſum fingunt Interpretes, res in incerto ſit, Schraderus tentabat: *ſoſpitis. hoſpes* tamen ad v. 68 referri poteſt.

v. 13. *Accipe;*] ita plurimi Codd. pauci, et Ald. Parm et Rheg. *Aſpice.* pro *quîs* unus Mediolanenſis habet *qui*, ſed *quid* Nanianus; *quam* laudat Crinitus in vitâ Catulli. *merſer* et in Codicibus tantum non omnibus, et Editionibus univerſis; *moerer* tamen in uno Saibantis, *miſer* in duobus Mediolanenſibus, *verſer* in alio Mediolanenſi et in Bodleiano, quae omnia Voſſius etiam ad ſua exemplaria notavit; ſimili modo variant Codd. apud Horatium, quem laudat Voſſius, I. Epiſt. 1. v. 16. quo quidem in loco *verſer* Poëtae menti magis convenire exiſtimem:

Nunc agilis fio, et verſor *civilibus undis.*

Torrellinus laudat Lucret. V, 1006. nunc rerum copia mersat. Cicero IV ad Att. 13. versorque in eorum naufragiis et bonorum direptionibus.

v. 17

Tempore quo primum veſtis mihi tradita pura eſt,
  Iucundum cum aetas florida ver ageret;
Multa ſatis luſi: non eſt Dea neſcia noſtri,
  Quae dulcem curis miſcet amaritiem.

Sed

v. 15. Propertius III, XIII, 2.
Ut mihi praetextae pudor exſinuatus amictu
Et data libertas noſcere amoris iter.

v. 17. *non eſt Dea neſcia noſtri*, etc.] expreſſum cenſet in Ciri 242 Heinſius ad Ovid. III Am. 15, 15.

v. 18 *curis;*] ita habent omnes Codd. et Editt. recteque explicat Statius: *amoribus.* exemplari Leidenſi Hiſt. 128 *ludis* adſcripſerat Voſſius, an alius de gente eruditâ? *dulcem amaritiem*, Vrſinus ad Virgil. Ecl. II, 68 et Wolfius comparat cum Sapphonis fragm. XII:

> Ἔρος δ' αὖτε μ' ὁ λυσιμελὴς δονεῖ,
> Γλυκύπικρον, ἀμάχανον, ὄρπετον·
> Ἄτθι, σοὶ δ' ἐμέθεν μὲν ἀπήχθετο
> Φροντὶς δήν. Ἐπὶ δ' Ἀνδρομέδαν ποτῇ.

ubi correxi Ἄτθι pro Ἀτθὶς quod flagitat et alterum fragmentum XIV pro ἄτε:

> Ἠράμαν μὲν ἐγὼ σέθεν, Ἄτθι, πάλαι ποκα.

quo ſpectat Terentianus meus v. 2154:

> *Cordi quando fuiſſe ſibi canit* Atthida
> *Parvam, florea virginitas ſua cum foret.*

Vnde, ſi Sapphonis locus integrior ad nos perveniſſet, non dubito, quin plura Catullianae imitationis exſtarent veſtigia.

Balb. Eleg. 68, p. 74. Alternis laetis Cypris amaritiem.

 Ad

Sed totum hoc ſtudium luctu fraterna mihi mors
Abſtulit. O miſero frater ademte mihi!
Tu mea, tu moriens fregiſti commoda, frater;
Tecum una tota eſt noſtra ſepulta domus;
Omnia tecum una perierunt gaudia noſtra,
Quae tuus in vitâ dulcis alebat amor.

Cui-

Ad ipsum ὀξύμωρον conferri poteſt Horat. IV Od. I. v. 4. 5. Voſſius Inſt. Or. l. v. c. 12 §. 7.

v. 20 *Abſtulit;*] Codices octo et viginti, et Editiones, quae Scaligerum praeceſſerunt, ad unam omnes, enumerare poſſim, quae *Abſtulit* ſervent; neque Interpretum quisquam aliud memoravit. Scaliger tamen ait: Vetus ſcriptura, *Abſcidit*, idque recepit, et ſuâ auctoritate ſecutos Editores recipere coëgit; unus tamen Corradinus reiecit.

Frater.] L. Valerius Catullus; ſuſpicatur Patin. Numiſm. Famil. p. 285

v. 22] repetitur hic verſus infra v. 94, raro quidem in Elegiis exemplo, nec tamen ſufficiente cauſâ, quare Scaliger ſimilem, Codicibus et Editionibus agnitum, ex Propertio eiiceret IV. IX, 42. quem locum videant homines elegantes, an mecum ſic legere velint:

Audiſtisne aliquem, tergo qui ſuſtulit orbem?
Ille ego ſum: Alciden terra recepta vocat.
Acta quis *Herculeae non audît fortia clavae?*
Et nunquam ad nocuas *irrita tela feras?*
Atque uni Stygias hominum luxiſſe tenebras?
Accipite. haec feſſo non *mihi terra patet?*
Quid, *ſi Iunoni ſacrum faceretis amarae?*
Non clauſiſſet aquas ipſa noverca ſuas.

ver-

Cuius ego interitu totâ de mente fugavi
Haec studia, atque omnes delicias animi.
Quare, quod scribis: Veronae turpe Catullo
Esse, quod hic quisquis de meliore notâ
Frigida deserto tepefecit membra cubili;
Id, Manli, non est turpe, magis miserum est.

Ig-

versum intercalarem Elegiae adhibet Naso ix Her. 146.

v. 23, 24] admovet Eldikius Euripid. Alcest. 345:

Σὺ γάρ μου τέρψιν ἐξεῖλου βίου.

v. 27. *quod;*] in uno Vossii: *quae.*

Quare, quod scribis:] ita interpunxi, ut in hoc versu incipiat Manlium, tanquam scribentem, inducere, usque ad finem vigesimi noni. pro *Catullo*, in Mediolanensi inveni *Catullae*, in tredecim Codd: *Catulle*, in duobus Vossiis, quod, si inter duo commata legatur, vulgato non deterius est; licet *Catullo* in plerisque sit Codd. et apud neminem non Editorum.

VII, 10. VIII, 12, XIII, 7, 35, 1. 53, 3. r 71, 5. 8, 19. 43, 4. 48, 13. 49, 1. 3.

v. 28 *Esse* hic valere *morari*, solus docuit Vulpius. *quisquis*, quod recte Forcellinus interpretatur *unusquisque*, *omnis*, in omnibus conspicitur Codd. et Editionibus, nisi quod in Cod. Leid. num. 13 sit *quisque*, et Muretus, nescio unde, ediderit *quisquam*, quod volebat Livineius. in fine versûs Excerpta Perreii et Syncdifibus addunt: *est.* +

r Sub. h. v. n. 7.

r Manutius ad Cicer. VII ad Div. 29. laudat quisquam de m. n. Frigida de forno tep. m. c.

v. 29 Frigida] Ovid III amor. 5, 42. Frigidus in viduo destituere toro.

v. 29 in *tepefecit* consentiunt Editiones, variant Codd. quorum multi illud ipsum exhibent, multi *tepefacit*; Commelinianus, Baluzianus, Faurianus *tepefiunt*, non secus ac Vossius in optimo libro invenerat *tepefiant*,

un-

+ Forcellinus laudat Lucret. II, 955 et Cicer. Act II l. 4. c 3. § 31 in Verren; sed Ernestus quidque. At Lambinus ad pag. 207. affert quicquid e Lucretio, et Manutius. Conf. Ernest. ad Cluentin. c. 19. n. 41. qui variat VI ad Div. 1. not 41 ubi codd mei 2. aperte quisquis. Cf hic Doering in Explicatt et quem laudat Heynium ad Virgil Eclog. 3, 110.

Ignosces igitur, si, quae mihi luctus ademit,
Haec tibi non tribuo munera, cum nequeo.
Nam quod Scriptorum non magna est copia apud me,
Hoc fit, quod Romae vivimus; illa domus
Illa mihi sedes, illic mea carpitur aetas;
Huc

---

unde Schraderus formabat *tepefiat*, nempe, quod ad membra; unus Vossii *tepescit*, uti et Gudianus Codex; secundus Mediceus, *tepefacta*; Franc. Cacciae Excerpta denique *tepefactat*, uti libro Maffeiano suprascriptum testabatur Statius, et pro variâ lectione legitur in Mediceo quarto.

v. 32. *cum nequeo;*] Heinsius, cum in aliquo Codice et Editione vetustâ invenisset *quom*, coniiciebat *quoi*, cui non adsentior.

v. 33 *Nam;*] Cod. Bodleianus et Leid. cum Editione Rhegio-Lepidinâ habet *Non.* verbis *apud me* Douza Pater adscripserat: *hic ubi diversorii locum, non commorationis habeo.*

v. 34. *quod* Romae,] constanter Codd. et Editt. sed *quum* in Collationibus Coluthi, Excerptis Perreii, Minturni, Anonymi, et Ruhnkenianis.

v. 35. *Illa mihi sedes;*] Cic. XII Philip. c. 10: Itaque in urbe maneo. si licebit, manebo. *haec mea sedes est.*

ibid. illic *mea;*] *mea* est in omnibus Codd. et Editt. antiquis, sed *mihi* in Aldinam 1502, non dubito, quin Avancius invexerit, quod recte Scaliger reiecit.

v. 36 *Huc;*] ubi nunc sum, a supellectile meâ librariâ, quae Romae est, divisus; DOUZA P.

ex] omnes Editt. antiquae et Codd. excepto uno Mediolanensi, qui dat *e*, quod in Aldinam secundam 1515 illatum, a Gryphio A. 1551 et Mureto repetitum est.

v. 37

Huc una ex multis capſula me ſequitur.
Quod cum ita ſit, nolim ſtatuas, nos mente malignâ
Id facere, aut animo non ſatis ingenuo;
Quod tibi non utriusque petenti copia facta eſt:
Vltro ego deferrem, copia ſi qua foret.

Non

---

v. 37 *nos*] inveni in Excerptis Anonymi, et ~~octo~~ novem et viginti Codd. Voſſius in duobus; de editione Principe et Romanâ nihil affirmo, ſed affirmare auſim, exſtare in Venetâ 1475, Rhegienſi 1481, Vicentinâ eiusdem anni, Brixienſi 1486. *me* apud Aldum 1502 primum invenio, quod neſcio an nullus oſtendat Codex, licet editiones ad Vulpium usque obſederit. *mo* eſt in altero meo Cod. *non* in Mediolanenſi.

v. 39 *petenti;*] ita in omnibus fere Codd. offendi, Voſſius etiam, in uno alterove *potenti*. *petenti* quoque in Parmensi et quinque prioribus editionibus; primus Parthenius A. 1486 ex coniecturâ ſuâ edidit *petiti*, quod poſteriores fere in errorem induxit. Corradinum ab Allio, qui ex ſuo Codice laudat *petiti*, vel hinc mendacii convincas. *petenti* vindicabat iam Puccius et Lambinus. Heinſius divinabat: *Quod tibi non prius uſque petenti* etc.

pro *facta* fatendum in plerisque Codicibus legi *posta*, in Hamburgenſi *poſita*, in Palat. papyr: *porta*. *facta* tamen conſpicio in uno omnium optimo Datii Codice, qui nunc meus eſt, in Mediolanenſi, et in alterius Mediolanenſis margine, primo Mediceo, Riccardiano, in Vallieriano, in Codice Matthiae Corvini Regis, in Baluziano, Fauriano, Regio chartac. in uno Guelferbytano, inque alterius margine. Editum autem fuit *facta* ab anno inde 1472. ad Voſſium usque, cui ſoli, ni fallor, placuit *poſta*; quales ſyncopas uſurpat Catullus, ut XIV, 14 *miſti;* LXII, 21 *luxti*; 30 *triſti;* LXXIII, 3 *ſubrepſti;* LXXXVI, 9 *duxti;* XCIV, 8 *abſterſti*; CV, 3 *promiſti;* 5 *promiſſe;* et Martiali familiares eſſe, docet Scriverius ad lib. 3. epigr. 67. p. 102. adde Forcellin. in *poſitus*.

Non possum reticere, Deae, quam Manlius in re
Iuverit, aut quantis iuverit officiis;
Ne fugiens saeclis obliviscentibus aetas

Il-

---

v. 40 in multis quidem Codd. et Editionibus vetustis *differrem*, in aliis tamen bonae notae vera lectio *deferrem*.

v. 41 *quam* plus quam triginta Codices subministrant, et multae editiones antiquissimae, quamvis in his plerumque per notam: *qn*. *qua* est in aliis nonnullis, ut in duobus Codicibus Saibantis, qui agnoscunt tamen *Manlius*, in aliis tantum non omnibus depravatum in *filius*, *falius*, *salius*, *facilius*, *fallius*, *fallimus*; unus egregius Commelinianus aperte *quam Manlius*. plerique tamen Editores iam inde a Calpurnio, puto, A°. 1481 dederunt *qua*, solus Corradinus anno 1738 ostendit, *quam* pro *quantum* Catullo in deliciis esse. primus, ni fallor, Muretus dedit *Manlius*; Scaliger, *quam me Allius*, quem iam alii refutarunt. recte, quod mireris, Marcilius observat, *me* eleganter omitti. illa singularis lectio est, quam viri docti coniecturam existimo, adscripta exemplari Leid. num. 128: *qui Manlius in me. quâ* Manlius *arte* laudat Castelvetro, memoriae fortasse lapsu.

v. 42. pro priore *Iuverit* in uno alterove Cod. et Editione est *invenit* et *iuerit*.

v. 43 *Ne* a Calpurnio, ut videtur, A°. 1481, quem bonis tamen Codicibus usum arbitror, propagatum est per omnes editiones, donec Corradinus mutaverit in *nec*, quod agnoscunt duae Principes Venetae A°. 1472 et 1475, atque septendecim Codices; quo admisso placere possit Marcilii coniectura versu seq. *teget*, ubi tamen neque Editiones, neque Codices variant. pro *ne* alii octo MSS. habent, *haec*. Regia charta a m. pr. *Non*.

v. 44 Illius *hoc*, omnes Editores, sed septem MSS. *haec*, quod ignoro quo spectet; bonum factum, quod in optimis sit *hoc*.

v. 45

Illius hoc caecâ nocte tegat studium.
Sed dicam vobis, vos porro dicite multis
Millibus, et facite haec charta loquatur anus.

No-

---

v. 45 Sane hoc singulare existimo exemplum, quod dicat Poëta, se Musis indicaturum, quod illae posteris narrent. idque adeo Italus sollertissimus Castelvetro *Varie Critiche* p. 97. reprehenderat in Catullo, cuius frigide causam agit Corradinus.

v. 46 pro *et* in Cod. Bodlei. est *at*; in uno Leidensi *hec*, et in altero *haec facite et*. Fruterius volebat *et* facite *hoc fama* loquatur anus. in egregio Codice Ducis olim de la Valliere, nunc meo, aperte *charta*, in Mediceo altero *carta* comparet. Reliqui fere, *certa*, ut et duae Principes Venetae, aut *curva*, quorum hoc Palladio placebat, secundo Poëtae interpreti A. 1500. Sed ab anno iam 1481 in Vicentinâ et Rhegiensi exhibitum *charta*, et deinde in omnibus aliis. firmissimum huic lectioni praesidium situm est in imitatione Martialis lib. XII epigr. 4:

Gentibus et populis hoc te mihi, Prisce Terenti,
Fama fuisse loquax, chartaque *dicet* anus.

Achilles Satius, Catulli enarratorum longe omnium praestantissimus, quanquam timide, legendum proposuerat *cera*; idem tamen, *charta* Graecorum comparatione defendi posse, professus. Imo hoc ex Aeschylo expressum esse, ὡς λέγει γέρον γράμμα, iudicabat Cl. Valckenarius, qui loquendi formam suo more illustrat in not. ad Euripid. Phoenis. v. 103. Adde Vossium ad Catul. IX, 4. p. 21. et Toupium ad Theocrit. T. II. p. 394. *charta loqui* dicitur etiam ab Ovidio XXI Her. 244. paene exciderat addere, *charta* in margine aliquot Codicum, vel suprascriptum legi.

✻ ✻ ✻

Noteſcatque magis mortuus, atque magis;

Nec

---

v. 47. in multis Codd., ut in duobus meis et Mediceis, relinquitur hic ſpatium, in altero Mediceo et uno Leidenſi nullo ſpatio relicto deeſt verſus longus; in Datiano et octodecim aliis Codd. annotante chartâ Regiâ ſic Senecam ſuppleviſſe, legitur hic:

Omnibus et triviis vulgetur fabula paſſim.

idemque in ſolâ editione Rhegienſi; quo patet indicio, huic cum Codicum ſectâ, a plerisque diverſâ, convenire; nam in margine Codicis Datiani, Vallieriani, et octo aliis Codd. caeterisque editionibus omnibus, alter verſus habetur:

Omnibus inque locis celebretur fama ſepulti.

quem Scaliger recte eiecit. Solitâ ſagacitate vidit Schraderus, in perdito verſu requiri ſententiam Ennianae ſimilem: *Nam volito vivu per ora virûm.*

v. 48. pro *Noteſcatque* in uno Gudiano eſt *Innotescatque;* in uno Leidenſi deeſt *que.* laudat *Clareseatque* in hoc verſu Muretus lib. VI Var. Lect. cap. 14. memoriae lapſu, credo; ibidemque eo abutitur ad probam Ennii lectionem labefactandam lib. XII Annal:

Ergo poſtque *magisque virei nunc gloria claret.*

(sic etiam codex meus) quem miror ex correctione Mureti laudari a Broukhuſio ad Propert. III. V, 1 in fine:

magis magisque ex codice Langii tamen recepit Graevius et defendit. quem non sequitur Ernestius. confer Heusingerus ad Cic. l. Offic 24.

Er-

Nec tenuem texens ſublimis aranea telam,
Deſerto in Manlî nomine opus faciat.

Nam

Ergo magisque *magisque virei nunc gloria claret.*

eum recte Broukhuſius doceat, ultimam in *ergo* ab antiquis non corripi. quo in genere unus reſtat Ovidii locus V Her. 59:

Votis ergo *meis*, *alii rediture*, *rediſti?*

ubi legas per me licet ironice: *ecce.*

Et de Ennio quidem mecum ſentire, video nunc Cl. Iac. Frid. Heuſingerum ad recentiſſimam Ciceronis editionem de Offic. c. 24.

v. 49 pro *Ne* repoſui *Nec*, unius et triginta Codd. et omnium forſan, quae Aldum praeceſſerint, Editionum lectionem, Excerptis etiam anonymis, Cacciae et Variantibus Latini Latinii confirmatam. ex poſterioribus Editionibus ſola, puto, Gryphiana A°. 1561 habet etiam *Nec*, reliquae *Ne*, ſecutae Aldum, qui illud forſan ex notae Parthenianae ſignaturâ repetiit. pro *ſublimis*, quod Voſſius ex uno Codice enotaverat *ſublimem*, et Guarino iam obſervatum *ſubtilis*, mihi nusquam occurrit. poſt hunc verſum in ſexdecim minimum Codicibus interſeritur, ſeu integre, ſeu corrupte, verſus ſuperior: *Iucundum cum aetas florida ver ageret;* item in editione omnium Principe 1472.

v. 50. *Deſerto in Manlî;*] primus quidem ſic edidit Muretus confirmante nunc Cod. Baluziano, Calpurnius tamen iam A°. 1481, eumque ſecuti Parthenius et Aldus dederant *Deſerto in Mallii;* antiquiores Venetae Principes, et Rhegienſis excuſum habent *In deſerto aliis*, lectionem Codicum apud me quatuordecim, apud Voſſium duorum, cuius tertius Cod. loco Manlii nomi-

Nam, mihi quam dederit duplex Amathusia curam,

Sci-

---

minis spatium reliquerat vacuum. *In deserto ali* quatuordecim alii mihi Codices exhibent, tres *alii*, unus item Vossio. praestantissimus Corvini Regis Codex: *Deserto in Mallii.* chartaceus Saibantis *Manlii in deserto.* in Vallieriano antiqua manus correxerat: *Deserto in Manlii*, et in margine *Inde sepulcrali nomini opus faciat.* Raphelengius *Deserto in Malli.* Scaligeranum, *In deserto Allii*, ab aliis iure explosum est; nec satis certa est Marcilii coniectura *In deserto Auli*, quam Vulpius et Corradinus amplexi sunt. Vossius, *Deserto Manlii.* Equidem Catullum scripsisse existimo: *Deserto Manlî in nomine.* Eleganter autem Vulpius τὸ *nomine* refert ad nomen, Manlii statuae subscriptum.

v. 51 parum variat lectio huius versûs. cum enim *Amathusia* sit in Codicibus fere omnibus, *Amatutia* tantum est in Cod. Saibantis, Vallieriano et secundâ Venetâ, *Amatuntia* in primo Mediceo, altero Saibantis recentiori, et editionibus, Scaligero antiquioribus, qui *Amathusia* restituit, cognitum iam Fusco in notâ. aliter Scaliger olim senserat in notis ad Cirin v. 242. Heinsius ad Ovid. III Amor. xv, 15 praefert formam *Amathusia*, licet *Amathuntia* tuenti non omnino se opponat; mihi quidem haec valde suspecta est. Magis variant in explicandâ voce *duplex* interpretes. plerique intellexerunt *fallax*, *dolosa*; item Burman. ad Valer. Fl. l. VIII. v. 235. quo sensu Graeci διπλόαν dicunt; vid. Cl. Ruhnkenium ad Timaeum. Perreius huc trahebat Ovidii IV Fast. 1. *geminos Amores*; Platonis in Sympos. p. 182 Edit. Bipontin. Venerem geminam, Coelestem et Vulgarem sive Pandemam, quemadmodum et Meursius ad Lycophr. p. 134. quos refellit Schraderus ad Musaeum v. 42. Parthenius iam, quanquam sibi non satis constans, ad duplicem Catulli amorem referebat. Sed primus Meursius in Cypro l. I. cap. 8. pag. 22 et Vossius, qui et ipse utriusque sexûs amorem respici putabat, ad Veneris effigiem barbatam, sive maris et feminae, in Amathunte cultam, alludi ostendit. quibus adsentitur Bentl. ad Horat.

lib.

Scitis, et in quo me corruerit genere;

Cum

lib. I. carm. 6 v. 7. quam Venerem ἀνδρόγυνον in clarâ luce collocavit antiquarum litterarum inter Gallos inprimis peritus, Eruditiſſ. Cl. l'Archér *Memoire ſur Venus* p. 46. Gloſſa autem Heſychii, qui de eâ agit in v. Ἀφρόδιτος ad Ariſtophanis locum deperditum explicandum pertinere videtur ſecundum Macrobium lib. III cap. 8. dignus etiam, qui conferatur, Lil. Gyraldus Hiſtor. Deor. Syntagm. XIII in *Barbata Venus* p. m. 380.

v. 52. *corruerit* praebuerunt mihi ſex et viginti Codices, et antiquae editiones ad unam omnes, quod probabat Fruterius. Poteſtas verbi *corruo* activa nititur loco Plauti Rudent. II. VI, 58, ubi eam defendit Scaliger; Lucretii l. V. v. 370; quanquam enim Lambinus ibi dederit *Proruere*, Codex Voſſianus cum caeteris ſervat *corruere*; Varronis IV de L. L. c. 31. Appuleii Metam. VIII p. 530, ubi probat Oudendorpius. In Catullo Cod. Cacciae agnoſcit *polluerit*, quod ex Mſſ. etiam profert Guarinus. Palatinus tamen membranaceus et Commelinianus, *torruerit*, quam optimam et veriſſimam lectionem iudicabat Achilles; eademque, tanquam verſui ſequenti apprime conveniens, placebat Turnebo lib. XVI Adverſ. cap. 1. qui tamen fatebatur, *corruere* pro *deiicere* et *peſſundare* poſſe dici. *torruerit* probabat quoque Gifanius in Indice Lucretiano, et primus recepit Scaliger, inde Raphelengius aliique. huic *torruerit* poſthabuit etiam ſuam ipſius coniecturam Lambinus, quâ Codicis lectionem *exhorruerit* ſecutus divinaverat *exercuerit*, in nott. ad Lucretium lib. III v. 824. Corradinus retinet quidem *corruerit*, ſed ordinem verborum hunc conſtituit: *quo genere Amathuſia in me corruerit*; ut ſimile ſit Horatiano, *in me tota ruens Venus*. *corpuerit* pro *corripuerit* coniiciebat Marklandus in notis penes me ineditis.

in quo *genere;*] non variant Codd. nec Editiones. Scaliger comparabat illud Ciceronis III ad Attic. 9: *quod optimo* genere *facere non licuit;* ſed il-

Cum tantum arderem, quantum Trinacria rupes,

Lym-

---

illic ab Ernestio nunc *tempore* restitutum est. idemque evenit in altero, quo Scaliger utitur loco I de Offic. c. 12: *Eum, quicum bella geras, tam molli* genere *appellari*. vulgatum enim ibi *nomine*. vir doctus exemplari Leidensi num. 406 adscripserat: i. e. *quemadmodum, nove*. Lucretius saepe *quod genus* pro οἷον usurpat. Lucilius Satyr. lib. 3.:

> *Crebro ut scintillae, in stricturis* quod genus *olim*
> *Ferventi in ferro.*

qui locus apud Nonium v. *Stricturae* cap. 1. 77 paulo aliter legitur. Pontanus tamen maluerat hic *cenere*, et Heinsius *torruerit cinere*. quibus non cedit Schraderus, qui tentabat: in *quâ* me torruerit *Venere*; ut Horat. IX. Epod. v. 4:

> Amore, *qui me praeter omnes expetit*
> *Mollibus* in pueris *aut* in puellis urere.

v. 53 et 54.] in membranis Saibantis et duabus Venetis est *ardentem*. pro *Lympha* in uno Vaticano *Vnda*; pro *Oetaeis* in variis, *cetis*, *certis*, *oetis*, *Osthis*, *Otheis*, *Oetiis*, *ortheis*, *oetheis*, quae nihili sunt, et a primis iam Editoribus ex melioribus, ut opinor, Codicibus correcta.

pro *Malia* est in Mediolanensi *Amathilia*, in meo *Mathilia*, in Colbertino *Matilia*, in Leidensi *Mamlia*, in altero meo et Hamburgensi *Mallia*, in quatuor et viginti Codd. et in Excerptis Minturni et Ruhnkenianis *Manlia* vel *Maulia*. *Manlia* Veneta Pr. *Maulia* altera Veneta, Rhegiensis et Vicentina, *Mallia* Aldus.

Aquam Manliam vocatas esse thermas a L. quodam Manlio, qui cum Catone iugum Thermopylarum per abrupta evaserat, ex Plutarcho in Cat. mai. p. 343 C. credebat Turnebus lib. XXIV. Advers. c. 5. sed de aquâ hac Manliâ tacet Historicus.

Vossius

Lymphaque in Oetaeis Malia Thermopylis;

Moesta

Vossius ex Cod. Commeliniano hic legens *Daulia* omnem Geographiam, Historiamque Naturalem, quae vocatur, conturbat, auctoresque, quos adhibet, omnes perperam exponit, iure iam eo nomine reprehensus a summo Hemsterhusio ad Lucian. T. I. p. 112. partemque erroris Vossiani corrigit Gronov. lib. I. Obs. c. 9. p. 89. quid, quod Codex Commelinianus, manu Broukhusii, Drakenburchii et Burmanni excerptus, non *Daulia* mihi praebet, sed *Dallia*. Veram autem videtur loci Catulliani lectionem iam dedisse Parthenius A°. 1486, nempe *Malia*, a multis inde repetitam, et Codice Corvini, Vallieriano, et Palatino membr. apud me confirmatam; quam primus eruditionis luce illustravit magnus Scaliger, a Vossio iuvene temere reprehensus ad Scylacem.

Remotissima huius nominis origo est Malus, Amphictyonis vel Amyri filius, qui urbi nomen dedit secundum Stephanum Byz. Hanc urbem potius Μαλία dictam fuisse crediderim, quam Μαλιεὺς, ut vocat Byzantinus in h. v. Certe Ionicâ sive Atticâ forma Μηλία eam appellat Scholiastes Sophocl. Trachin. v. 196; nec aliud voluisse videtur Callimachi Scholiastes ad hymn. in Del. 287: Μηλία, πόλις Τραχῖνος· uti lego pro Μηλίς. nam Μηλις constanter, non urbs, sed regio vocatur; Herodotus l. VII. §. 198, ubi consul Wessel. Callimachus l. c.

Civis urbis, sive Doriensis huius regionis, quam Livius XLII, 40 *Maliensem* vocat, incola dicebatur Μαλιεύς· Strabo l. VIII p. 513. C. l. IX. p. 638. A. p. 657 B. p. 661. C. p. 662. B. atque adeo apud eundem l. 1. p. 19 rescribendum Μαλιέων pro Μαλεῶν· intelligit enim sinum Maliacum; confer l. IX. p. 618. C. non intelligit Μαλέας, Peloponnesi promontorium, quod Pinedo ad Stephanum etiam Catullo quantitate refragante obtrudebat. Pausanias l. I. c. 23. p. 54. l. X. c. 23 prope fin. et eod. lib. c. 8, ex Sylburgii restitutione, probatâ Valckenario ad Herodot. VII §. 132. not. 8. Stephanus l. c. et in v. Ἀντίκυραι, Ἱρὰ et Μῆλος.

Ionicâ et Atticâ eiusdem nominis formâ, Μηλιεὺς, utuntur Scylax p. 53; nam paragraphum sequentem p. 54, ubi occurrunt Μαλιεῖς, cum eundem

tra-

tractum describat, malim totam a malâ manu Scylaci suppositam credere, quam cum Vossio ad Catul. p. 257 et 287 illic Λαμιεῖς corrigere. Herodotus l. VII. §. 132. §. 196. §. 216. Cumque apud Demosthenem contra Neaer. p. 1379, 22 Editiones varient, non minori iure Μηλιεῦσι, quam Μαλιεῦσι dixerit. Sophocles Trachin. 197. Thucydides III, 92; qui nescio an et Μηλιέας scripserit lib. V. c. 5, ubi bellum Locrorum πρὸς Ἰτωνέας καὶ Μελιέας, ὁμόρους memoratur. de Locrorum certe, Itonensium et Maliensium vicinitate constat ex Herodoto VII. §. 216. et Strabone l. IX. p. 661 B. iterum Thucydides l. 5. c. 51. Xenophon Hellen. III. 5. 6. IV. 2, 10. et restitutâ VI. 5, 23, ut sibi constet. Eandem reddendam reor Aeschini de fals. leg. pag. 43 pro Μαλιεῖς. utitur praeterea Μηλιεὺς Diodorus l. XI, 3. v. 92 ex restitutione Wesselingii; et, lectione non controversâ, l. XII, 77. XV, 57; qui, ne sibi adversetur, eosdem recipiat l. XV, 85 v. 60 pro Μαλιεῖς. At hic Melienses inter et Malienses distinguere videtur l. XVIII, 11: Μηλιεῖς δὲ πλὴν Μαλιέων· imo vero scripserat Auctor Λαμιέων· sola enim ex Maliensibus urbs Lamia, in quâ et circum quam, inde dictum, Lamiacum bellum gestum est, a partibus non Atheniensium, sed Antipatri stabat; vide fin. cap. seq. Μηλιεὺς occurrit quoque apud Antonin. Liberal. cap. 22. init. Aelianum Var. Hist. III, 1. p. 200. et Oratoribus confirmatur ab Harpocratione v. Ἀμφικτύονες· est apud Stephanum v. Αἰνία, Λαμία et Μῆλος· Scholiastam Aristidis apud Valcken. ad Herod. VIII. §. 31 not. 11; Scholiastam Sophocl. l. c. et, qui Harpocrationem descripsit, Suidam ex correctione Kusteri.

Propagavit idem Malus, eiusque cives, nomen ad sinum maris adiacentem, *Maliacum* dictum Theophrasto de Vent. p. 411; Scymno Chio, in versibus, quos ineditos videtur proferre Scaliger ad nostrum Catulli locum p. 98; Livio l. 27, 30. l. 35, 37. l. 36, 15. 22. 29; Straboni l. VII. p. 510 A. l. IX. p. 618. C. p. 640 B. p. 651. C. p. 657 A. p. 658 B. 661 B. 662. A. B. semel Μαλιέα l. IX p. 652, 1. *Maliacum* Pomponio Melae l. 2. c. 3. §. 85. Plinio H. N. l. IV, 7. p. 199. Pausaniae l. 1. c. 4. l. 7. c. 15. l. 10. c. 1. corrigente Amasaeo et Sylburgio; neque enim aut Pausaniam solum dixisse *Lamiacum*, credendum est, aut *Lamia*, quam Stephanus Maliensibus attribuit, extra urbem nomen extendit. ut frustra sint Vossius ad Catul. p. 257, Palmerius in Exercit. in Auct. Gr. p. 278, et Berkelius ad Steph. v. Μαλιεύς. confusa esse haec nomina, *Lamiacus* et *Maliacus*,

cus, ſtatuit etiam Caſaubonus ad Strabon. l. X. p. 685. A. *Maliacus* ſinus dicitur ⸢Heliodoro l. 2. p. 125. 126. Stephano v. Μαλιεύς. Lucano VI, 367 *aquae Maliacae*, ubi, non ſecus atque in Catulli loco, nonnulli *l* geminant. Μηλιακὸν κόλπον dixerunt Thucydides l. 3. c. 96; Diodorus XI, 5 ex emendatione Palmerii; Scholiaſtes Ariſtidis apud Valcken. ad Herod. VIII §. 31 not. 11. Aeſchyli ad Perſ. 488. et Sophoclis ad Trachin. v. 638 et 643. Antiquiores Iones et Attici frequentius Μηλιέα vel Μηλιᾶ κόλπον· Scylax p. 53; Aeſchylus Perſis v. 488; Herodotus l. IV §. 33; Thucydides IV, 100; VIII. §. 3; Ariſtophanes in Lyſiſtr. v. 1171; Polybius l. IX Hiſt. c. 34; l. 17. c. 1; Legat. XIII p. 804; Philoſtratus de vit. Sophiſt. l. 2. c. 5 ex emendatione Valckenarii ad Herod. VIII §. 31.

ubi in Cod. Pal. Μαλιακός.

Quam formarum familiam ſic confirmat Stephanus v. Μῆλος· οἱ δ' ἐν Θετταλίᾳ, Μηλιεῖς· Ἔστι καὶ κώμη τῆς Ἀκαρνανίας, ἧς τὸ ἐθνικὸν Μηλιεύς· καὶ διὰ τὸ α, Δωρικῶς. Γίνεται καὶ ἀπὸ τοῦ Μήλιος Μηλιεὺς, καὶ Μηλιακὸς, καὶ Μηλὶς ἡ χώρα.

Ex his autem formis Doricas tantum Romani pro more aſſumſerunt, *Malius*, *Maliacus*, *Malienſis*, quarum duas ipſe Forcellinus deſiderat, licet veram in Catullo lectionem *Malia* laudaverit v. *Thermopylae*.

Caeterum apparet, quo iure huic Catulli loco apud Achil. Statium Taurellus *Lamia*, alteri Voſſius p. 275 ingerere voluerit; praeſertim cum primam vocis corripiat Menander apud Suidam, ut locum conſtituit Bentleius:

> Πλήξας γὰρ ἔφθειρ' ἐκ παραλλάξεως πόθεν
> Τὰς ἐν Λαμίᾳ πάσας.

nimirum dicta eſt civitas *Lamia* ab Herculis filio *Lamo*; Stephanus Byz. v. Λαμία ex certâ correctione Berkelii, quem vide; et adde Ovid. IX Her. 54, primam in *Lamo* corripientem, et Diodor. IV, 31 fin. ⸣

Quod ad ſitum attinet et naturam loci, unde Catullus comparationem deſumſerit, omnem regionem Malienſem, quae ſinum Maliacum ad Orientem habet, incluſam cingunt montes Trachinii, quorum extremi ad Orientem Oeta vocantur; Herodot. VII §. 176. 198; Liv. 36, 15; altiſſima, quâ parte ad Thermopylas vergit; Strabo l. IX p. 655 A. habent autem Oetam ad Occidentem Thermopylae; Herod. l. VII. c. 176. unde Sophocleum πετραῖα Scholiaſtes Trachin. v. 638 explicat διὰ τὸ ἐν ὄρει

Hic Lamus, Herculis filius Palaephato vocatur c. 45. Laodames nisi pro Λαομήδην illic Λάμον legendum sit ut ex sequente ἡδόμενος primae syllabae cum superiori coaluerint et perperam postea repetitae. Λαομήδην tamen etiam apud Eudociam. Apollodoro vocatur Ἀγέλαος. II, 7, 8. Alius monente Heynio ad Apollodor. p. 491. 2. Lamus, Laestrygonum rex. cf Lloyd. Vide an in Schol. Hom. Od. K, 82. pro Λάμον legendum sit Λάμου.

ὄρει τῇ Οἴτῃ καλέεσθαι. in huius valle, ut videtur, Duram fluvium ad opem Herculi, cum cremaretur, ferendam emersisse, fama fuit; secundum Herodotum l. VII §. 198; et Strabon. d. l. C. Hinc, Minervam laboranti Herculi *calida excitasse lavacra*, qui finxerit, primus occurrit Pisander, Herodoto quatuor saeculis, et quod excurrit, secundum nonnullos antiquior, apud Scholiastem ad Aristoph. Nub. 1047:

Τῷ δ' ἐν Θερμοπύλῃσι θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη
Ποίει θερμὰ λοετρὰ παρὰ ῥηγμῖνι θαλάσσης.

Pisandro fidem habuerit Pindarus secundum Zenobium Proverb. VI, 49. p. 167, et Phileas, vetustissimus Geographus, apud Harpocrationem et Etymologum v. Θερμόπυλαι. unde liquet, Phileae nomen restituendum Suidae eâdem v: ubi nunc male vocatur Φιλανίας· in Cod. autem Leid. Φιλαίας δέ. vide de eo Vossium de Historicis Graecis l. 3 p. 401, et Maussac. ad Harpocr: Pisandri sententiam referunt etiam Hesychius v. Ἡράκλεια λουτρά· Scholiasta Sophocl. Trachin. 638; Suidas in Ἡράκλεια ψῶρα, Ibycus autem, et ipse Herodoto saeculum antiquior, a Vulcano Herculem *calidarum aquarum lavacro* donatum dixit, secundum eundem Scholiastem d. l. descriptum a Suidâ v. Ἡράκλεια λουτρά. Herculem etiam sibi ipsum calida balnea parasse, sunt qui narrent apud Hesych. d. l. Quicquid sit de Auctore, Herculea lavacra in proverbium abiere; quod spectat Aristophanes Nub. 1047. et proprie sic dicebantur omnia, quae sponte, nullâ arte adiuvante, e terrâ apparuerant; vide Aristidem Orat. I. p. 64. Ed. Cant. Athenaeum l. XII. p. 512. F. Eustathium ad Iliad. X, 444, et ad Odyss. Θ. p. 305, 24 Ed. Basil.

in Scholi Proverbii Metricis v. 1240 [illegible] auctore occurrit p. 642. Ἡράκλεια λουτρά. Δελφικὸν ξίφος. Κάπρου [illegible]

Calidae huius aquae fontes in ipsis angustiarum erant Thermopylarum, inde dictarum, faucibus, sive ingressu; Herod. l. VII. c. 176; Livius 36, 15; Strabo l. IX p. 655 B. Appianus Syriac. p. 70 Ed. Steph. Eustathius in Dionys. Perieg. v. 437.

Calida ossa Thermopylarum Priscian Perieg. v. 455.

Easque thermas indigenae Ollas, sive Χύτρους, appellabant; Herodot. d. l. de quali Coorum Chytrino, specie ferventis ollae, vaporem emittente, et tamen frigefaciente, agit Bentleius ad Callimachi Mirabilia p. 452, et χυτρίνους esse cavitates terrae, unde fontes oriantur, ex Hesychio docet.

Su-

Photii biblioth. p. 742, 3.

Super Ollam, Herculi ſacram, ara fuit ſtructa; Herod. et Strabo d. l. Apte igitur Oetam Herculeam vocavit Albinov. ad Liv. v. 257.

Aquas calidas a Thermopylarum Oriente excipiebat Mare Maliacum, ſive potius ante mare palus, aquâ redundante effecta; χῶρον πεδινὸν et τενάγεα vocat Herodotus VII, 176 et §. 198; Μηλίδα λίμναν Sophocles Trach. 642; *loca usque ad mare invia paluſtri limo et voraginibus* Livius l. 36. c. 18; Plutarch. Caton. mai. p. 344 B. ἕλος ἄβατόν τε καὶ βαραθρῶδες Appianus Syriac. p. 70 med. τέλμα Pauſanias l. 1. c. 4. unde vix dubito, quin incolae huius tractûs Λιμνοδωριεῖς vocati fuerint, et praeſtantiſſima ſit haec Codicis Leid. varians in Suidâ lectio pro Λιμοδωριεῖς, quanquam Lexicographus diverſa explicet; et reddendum ſit hoc nomen Scylaci p. 53; quod in animo habuerit Didymus apud Heſychium v. Λιμοδωριεῖς· παρὰ τὴν Οἴτην κατοικοῦντες· convenienter verſibus Sophocleis Trach. 639:

Ὦ ναύλοχα καὶ πετραῖα
Θερμὰ λουτρά, καὶ πάγους
Οἴτας παραναιετάοντες,
Οἵ τε μέσσαν
Μηλίδα πὰρ λίμναν,
Χρυσαλακάτου τ' ἀκτὰν κόρας,
Ἔνθ' Ἑλλάνων ἀγοραὶ
Πυλάτιδες καλέονται.

Per hoc igitur ſtagnum in mare Maliacum lavacra exonerabantur; conf. Piſandrum, Herodotum d. l. unde ea ναύλοχα ſive παραθαλάττια vocat Sophocles.

Caeterum poſterioribus temporibus hic loci Herodes Atticus piſcinam conſtrui iuſſit, cuius aqua, uti ferme thermarum, vim medicandi habebat; Philoſtr. de vit. Sophiſt. l. 2. c. 5. p. 551. hanc autem ab indigenis Ollas, ſive χύτρας, femineas appellari, et aquâ abundare admodum glaucâ, refert, qui viderat, Pauſanias l. IV. c. 35. p. 369.

In ipſo ſinu Maliaco ſecundum Herodotum l. VII. c. 198 ἄμπωτίς τε καὶ ῥηχίη ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην γίνεται· quotidie *maris ſunt receſſus et acceſſus;* quemadmodum vertendum monuit Valckenarius in annotatione ad eundem Auctorem l. VIII §. 129 v. 48, ideo, ut puto, quia Valla male verterat *totum diem.* erit igitur hic ſinus, non ſecus ac Thermaicus qui et ipſe a Septentrione

cf l. 2, 11. p 108, 65.

in mari mediterraneo aut nullus aut rarus aestus
reciproca Tethys Sil 3, 60. vaga Tethys Lucan 6, 62

Moesta neque assiduo tabescere lumina fletu
Cessarent, tristique imbre madere genae:
Qua-

---

ne in meridiem vergit, paucis illis Maris Mediterranei locis annumerandus, in quibus aestus fit et reciprocatio, Romanis Venilia et Salacia; quod Graeci iam antiquissimi observaverint. Hoc fretum ab Appiano Syriac. p. 70 med. Ed. Steph. vocatur θάλασσα τραχεῖα καὶ ἀλίμενος· nec mirum, tam vicino praesertim Euripo, ubi septies die mare fluere ac refluere, fama ferebat; vide Strabon. l. 1. p. 95 B. Antiphil. in Antholog. Stephani l. I. C. 36 p. 51; Senec. Herc. in Oet. 780; Plin. l. 2. c. 97. fin. Serv. ad Ecl. x, 50; Suid. Vossium ad Melam lib. 2. c. 7, 79; Davies. et Ernest. ad Cicer. III de Nat. Deor. c. 10 §. 24. et Cellar. Geogr. lib. 2. c. 13. §. 299. quod ne pro fabellâ accipias, vetant, fidem habentibus nonnullis philosophis, recentiores viatores, qui in Euripo aestum statum et non statum fieri confirmant; non statum nono a novâ lunâ die ad decimum tertium, item a vigesimo secundo ad sextum et vigesimum diem; quibus intervallis mare per diem noctemque quatuordecim, et quod excurrit, vicibus fluit ac refluit. vide Sponii Itiner. Ital. Dalmat. Graec. T. 2. p. 252. Edit. 1679; et inprimis virum eruditum, Astronomorum huius aevi Principem, Lalandium *Astronomie* Tom. IV §. 146.

In Siculo etiam freto cum Charybdyos accessum et recessum bis fieri quotidie affirmet Strabo l. I p. 44 C. p. 95, et p. 1206 A. et Eustathius ad Homer. p. 481, malim cum Polybio apud Strabonem credere, Poëtam in Odyss. M. 105 licentiâ poëticâ et amplificandi studio dixisse: Τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ· quam cum eodem Polybio suspicari, scripturae aut historiae vitio τρὶς pro δὶς in Carmen irrepsisse; neque enim verisimile fit, Virgilium III Aen. v. 421; Ovidium IV Pont. X, 27; Statium IX Theb. 141; freto viciniores, qui Homericum *ter* expresserunt, Hyginum fab. 125 p. 188 et Isidorum XIII, 18, corruptis omnes exemplaribus usos esse. Praeterea fauces hae Siciliences Austro, et, concurrente Tyrrheno et Ionio mari, vor-

III Aen 557 Exsultantque vada, atque aestu miscentur arenae

Serv ad Aen III, 692. Plemmyrium undosum, quod usque illuc vestigia aestuantis Charybdis dicuntur pervenire

Qualis in aërii pellucens vertice montis

Ri-

vorticibus non minus, quam aestibus maritimis, fervent; confer Cicer. III de Nat. Deor. c. 10 §. 24; Senec. Consol. ad Marc. c. 17; Iustin. lib. IV. C. 1, Hesych. Vossium ad Melam l. 2. c. 7, 79; Cluver. Sicil. p. 64 seqq. Cellar. Geogr. l. 2, c. 12. D'orvillii Sicula cap. 1 p. 7 seqq. unde ἄμπωτις βιαιοτάτη Charybdis dicitur a Demosthene Thrace ad Homeri locum.

v. 55 *Moesta neque;*] ita plurimi Codd. et Editt. vetustissimae solus Mediolanensis habet, *non*, tres tantum, ille Corvini, meus et Mediolanensis alter, *nec*, quod item Parthenius ex suâ ipsius coniecturâ ediderat. porro pro *lumina* mirum, imo ridiculum, quot Codices habeant *numula*.

v. 56. *Cessarent tristique* est quidem in Dati Codice, neque tamen, ut videtur, a primâ manu, et in raris aliis; quamvis occurrat in Vicentinâ, Brixiensi, Aldinis, quas plerique recentiorum secutae sunt. *Cessare* certe in meo et Mediolanensium uno, *Cessare et* in altero meo, membranaceo Saibantis, Regio, primo Mediceo et in duabus Venetis Principibus, *Cessarem* in Rhegiensi, in duobus Vossii, Naniano, Bodleiano, Gudiano, et Mediolanensi, *Cessare num* vel *nec* per compendium in Leidensi, *Cessare ne* in duobus aliis Leidensibus, Mediolanensi, tribus Mediceis, altero Gudiano, et Palatino papyr. *Cessare ve* Colbertino, *Cessaret* Riccardiano; quarum variantium si originem et progressum diligentius rimemur, vix est quod dubitemus, quin Catullus scripserit:

Cessarent, neque tristi *imbre madere genae.*

atque id ipsum Muretus edidit et Raphelengius.

v. 57: *pellucens;*] ita primus Aldus, omnes Codd. uno minus Mediceo, uti Editiones universae veteres: *perlucens.* Caeterum eâdem comparatione non uno in loco utitur Homerus, etiam Iliad. Π, 3:

Πά-

Venti et tempestates inter duo promontoria crebriores. Heyn ad III Aen.

moestaque Carbon.

in Carbon

ad VI Aen 34.

subiecta vallium Tacit. I. Ann. 65.

Rivus, muſcoſo proſilit e lapide;
Qui, cum de pronâ praeceps eſt valle volutus,
Per medium denſi tranſit iter populi,

Dul-

Πάτροκλος δ᾽ Ἀχιλῆϊ παρίστατο, ποιμένι λαῶν,
Δάκρυα θερμὰ χέων, ὥστε κρήνη μελάνυδρος,
Ἥτε κατ᾽ αἰγίλιπος πέτρης δνοφερὸν χέει ὕδωρ.

et Euripides Androm. v. 116:

Τάκομαι, ὡς πετρίνα πιδακόεσσα λιβάς.

v. 58 *e lapide;*] in Dati Codice a manu primâ, quae una omnium fortaſſe Codicum eſt antiquiſſima, fuerat *a* lapide; quam lectionem a nemine obſervatam invenio, niſi a Iuſto Lipſio exemplari, quod in bibliothecâ noſtrâ Leidenſi cuſtoditur, ex veteri puto Codice annotatam. in alio Cod. eſt *et.*

v. 59 pro *valle* in novem MSS. *valde.* Muretus hic tmeſin reperiſſe ſibi videbatur, *de valle volutus* pro *devolutus valle.* quod ſi verum eſt, meam coniecturam evertit, quâ aliquando legendum ſuſpicabar:

Qui cum de *prono* praeceps eſt *colle* volutus.

et *collis* cum *vallis* permutari, docent Burm. ad Ovid. XI Metam 277, et quos laudat Heynius ad Tibul. I.I. IV, 49. ut hic, ita Propertius etiam coniunxit *pronum* et *volvi*, obſervante Paſſeratio p. 155. Quid, quod et in Culice legatur v. 122:

Nam primum pronâ *ſurgebant* valle *patentes*
Aëriae platanus.

Neque aliud Catullus forſan voluit, quam Virgilius Ecl. V. v. 84:

Saxoſas inter *decurrunt flumina* valles.

II Georg. 186.
qualem ſaepe cava montis convalle ſolemus
Dispicere: huc ſummis liquuntur rupibus amnes
ὄρεος βῆσσα.
Vallis in monte XI Aen. 522 ibique Heynius Homer.

prae-

Dulce viatori lasso in sudore levamen,
Cum gravis exustos aestus hiulcat agros.
Hic, velut in nigro iactatis turbine nautis

Le-

---

praeruptam vallem dixit Hirtius de Bello Alexandr. c. 74 fin. de Bello. Afric. c. 50 §. 1. *altam* Tibul. I. IV, 49 Edit. Heyn. *valle sub altâ* II. 3, 19. *sub valle* Ovid. XI Met. 277. *trans altas valles* Grat. Cyneg. 377. *iter* Perreius explicabat, viam communem et publicam.

Virg. Ecl. VI, 84. Servius ad VIII [illegible] Cos. hodieque videmus et legimus, [illegible] collium fuisse [illegible] planities esset in summo.

v. 61. in Codd. numero infinitis et duabus Venetis legitur:

Duce viatori *basso* in sudore *levamus.*

in Parmensi et Rhegiensi:

Vtque viatori lasso in sudore *lavamus.*

in duobus Saibantis: *Vtque viatores lassi – – levamur.* in V. C. Perreii etiam, *Vtque.* bonum tamen factum, quod *lasso* legatur in Vaticano, Gudiano, Corviniano, Fauriano, Memmiano a sec. manu, Regio chartac. a sec. manu, Lambiniano, Vallieriano, Carbon., quorum Corvinianus agnoscit etiam *levamen.* in Leid. est *lapso;* in Maffeii libro suprascriptum erat *viatorum* apud Statium, ut apud me habet Mediceus alter. Primus, si recte computo, versum dedit correctum Calpurnius A. 1481, qualem edidimus, quem recte omnes Editores secuti sunt praeter unum Vossium, qui *basso* ex glossis defensum voluit. barbaram vocem tractat etiam Reinesius in epist. 61 ad Daum. p. 159, et Graevius ad Isidori Glossarium. cum Burmanno ad Lotich. T. I. p. 279 *viatori lasso* iungenda sunt.

Vidit Eldikius meus, expressa haec esse ex Anytâ in Anth. Steph. L. IV. p. 336:

Πίδακα τ' ἐκ παγᾶς ψυχρὸν πίε· δὴ γὰρ ὁδίταις
Ἄμπαυμ' ἐν θερμῷ καύματι τοῦτο φίλον.

v. 63 *Hic* Vossio fuit obviam in uno saltem Codice, item Lipsio, mihi in

Hic, qualis [illegible] ring.

D

Vallis ne etiam pro monte, quia in montibus valles. Virg. Ecl. VI, 84. Ille canit: pulsae referunt ad sidera valles. Lucan. VII, 84. Excepit resonis clamorem vallibus Haemus. Ἄγκος de monte semper dicitur, Brunckius ait ad Mosch. T. 3. p. 89 ad v. 41. conf. Steph. Thes. [illegible] Aeschyl. Prometh. 15. Ovid. I Amor. 14, 11. Pindar. Nem. V, 84. [illegible] Conf. [illegible]

Schol. ad Iliad. Z, 22. [illegible]

Lenius aspirans aura secunda venit,
Iam prece Pollucis, iam Castoris implorata;

Ta-

in tribus et viginti, et in Excerptis anonymis, et in editione Venetâ 1475, at eâ solâ; quod reliquas obsedit, *Ac*, si sit in Codd. erit in perpaucis. *Hoc* habent tres Codd. Flet Vallierianus, Bodleianus et Gudianus, unusque Vossii, et sola editionum Rhegiensis; *At* occurrit apud Guarinum in signaturâ, in Mureti et Statii recensione, forsan per incuriam. Haec scribens, video Corradinum etiam *Hic* ex Statii Codicibus recepisse; at Dukerus praeterea in notis, olim a me edendis, egregie observat, τὸ *Hic* respicere versum 53 et significare *tum.* *velut in* est constans meorum Codicum, Editionumque lectio, si a solâ Statianâ, *Raphelengianis* et Allensi discedas, quae habent: *veluti nigro.* At elegantius praepositionem addi existimem: Propert. II. ix, 7. *Scilicet alternâ quoniam* iactamur in *undâ.* *veluti* in uno Codice Statio observatum erat; mihi in Excerptis, ab amicissimo Ruhnkenio muneri datis. Guarinus notat, in suo hic fenestram esse.

v. 64 *Leniter* Dati Cod. m. pr. et Riccardianus.

v. 65. lectionem, quam secutus sum, exhibent omnes ante Vossium Editiones et duo Regii, unus Leidensis, Vallierianus, primus Mediceus, Corvini Codex, Gudianus, Baluzianus, Faurianus, Memmianus, et Datianus, quorum hic tamen a primâ manu videtur habuisse *imploratae* vel *implorate*, uti septendecim suggerunt Codd. *precet* Mediolanensis, *preces* Memmianus. Vossius refingebat et ante Vossium Guyetus in notis ineditis:

Iam prece Polluces, *iam* Castoras implorante.

a vulgatâ propius discedebat Anonymus, nisi sit Iac. Phil. D'Orvillius, legens:

Iam face *Pollucis*, *iam Castoris implorata.*

quod

Ovid II, 11, 27-29.

cf Voss ad Catull p. 14. ad v. 27

an: Iam prope Polluces, iam Castoris imploranti. non puto.
An ep: prece, qua Pollucem et Castorem auxilium rogat, tanquam ultimum remedium iam implorata, sive advocata. Cic VII Verrin 49. filii nomen implorans. Forcel. ait ripetendo con lagrime.

Tale fuit nobis Manlius auxilium.

Is

---

quod probabile videtur propter Avieni verba de his ipsis Geminis in Phaenomenis Arateis v. 379:

Aeternae flagrare facis *iubet ignibus ambo.*

qui versus exstat etiam in Germanici Cod. MS. Eadem emendatio in mentem venit Clercquio, qui in Specimine secundo ad Lucan. p. 42 b. erudite illam astruit. *Iamque ope* tentabat Eruditiss. Eldikius.

Qui *prece* tuentur, explicant vel pro prece, quâ Pollux rogabatur,| vel pro supplicatione, sive intercessione Pollucis pro nautis apud Iovem; inter quos Vulpius abutitur loco corrupto ex epistolâ Corneliae illius, Gracchorum matris, ad filium: *Vbi mortua ero, parentabis mihi, et invocabis deum parentem. In eo tempore non pudet te, eorum* deûm preces *expetere, quos vivos atque praesentes, relictos atque desertos habueris?* ubi forsan restituendum *deos prece.* Ioan. Frid. Gronovius exemplari adscripsit: *imploratum. iam* Vulpius explicabat, *modo;* quod mihi minime fit verisimile, vel eo quod hae stellae geminae sint salutares, graves vero cum solitariae venerunt secundum Plinium, a Vulpio in notâ sequente laudatum. *iam* igitur poëtice repetitur, notatque summi periculi praesentiam; in hoc enim constituti demum Deorum Servatorum auxilium supplicabant. Comparatio autem haec universa, equidem vix dubito, quin ducta sit ex Homero Iliad. H. in init:

Ὡς δὲ θεὸς ναύτῃσιν ἐελδομένοισιν ἔδωκεν
Οὖρον, ἐπὴν κεκάμωσιν ἐϋξέστῃσ' ἐλάτῃσι
Πόντον ἐλαύνοντες, καμάτῳ δ' ὑπὸ γυῖα λέλυνται·
Ὡς ἄρα τὼ Τρώεσιν ἐελδομένοισι φανήτην.

v. 66. hoc quidem loco *Manlius* in multis Codd. [et editt. Parm. Rheg.] comparet, licet in aliis *Malius* vel *Matlius.* Suspicor Catullum cogitasse Manlii ad quem scribit patrem. Cf v. 151. 157.

| Servius et Heyn. ad Virg. Aen. X, 662
Rutil 155

paces Salmas. apud Graev. ad Cic. Dom. c. 41. et Gronov. Diatr. Stat. p. 294 Rect-um videtur. Paces in plurali occurrunt apud Forcell Tractat tamen Salmasius in Plin. Exercit. ad Solini c. 21. a ubi tamen non mutat preces, nec quicquam de pace dicit. Ad v. deum parentem cf. Menard. ad Cic. Verr. Act. 2 L. 3. p. 417. ubi in Festo Divis Parentum sacer esto; ex lege Romuli. Scalig. ad Catull. p. 83 ad v. 22 Alberti ad Acta Apost. XXIV 14.

Castori et Polluci naufragio liberati vota solvunt ad Serv. ad Virg. Aen III, 12. iidem Lares dicuntur a Servio III. Aen 12 Catull Gemelle Castor e. g. C.

Is clausum lato patefecit limite campum,
Isque domum nobis, isque dedit dominam;
Ad quam communes exerceremus amores,

Quo

XI Aen. 493 Tandem liber equus campo potitur aperto
Aen. XII 333. 352. 950.

---

v. 67. *clausum* est manifeste in Vallieriano, Mediceo primo, in meo Codice; in hoc ex correctione tamen, ut videtur; est etiam in margine Codicis Datiani, et forsan in paucis aliis, nam Excerptis Codicum non semper satis fido. septem Codd. *classum*, tres *dassum*, Colbertinus *clarum*, Datianus et Memmii, Medic. Riccard. *crassum*. Lipsii Cod. *castum*. at *clausum* Editiones omnes, praeter Scaligeranam, quae *laxum*, a Raphelengio iam reiectum. *lato limite* dixit etiam Virgilius IX Aen. v. 333. sensum huius versûs fateor mihi nondum expeditum. per *campum* alii praedium, Vulpius figurate copiam amoris intelligit. Suspicatus sum et ipse aliquando, translate haec, figurâ tamen paulo diversâ, esse capienda, non secus atque illa inferiora v. 157 *Et qui principio nobis terram dedit.* eo nempe sensu, quo portum alicui dare, portus esse, vel in portu esse, de iis usurpantur, qui periculorum metu liberati sunt; Ovid. II. ex Ponto IX, 9 et 10:

> Excipe *naufragium non duro* litore *nostrum*,
> *Ne fuerit terrâ tutior unda tuâ.*

Cic. II Legg. 1, 3. videt villam, ut nunc quidem est, latius aedificatam patris nostri studio; — cum avus viveret, et antiquo more parva esset villa. Ibi Turneb. et Davis.

Campum, terram nunc intelligo aream; Horat. I. Epist. 10, 13. domum vid. infra. An vult: is ex angustiis et paupertate nos liberavit, et divitiis auxit.

cf. Cic. III Att. 15 ad fin. Ovid. I ex Pont. 2, 61, 62. Cum subit Augusti quae sit clementia, credo, mollia naufragiis litora posse dari.

I Epist. V, 25. 36. XXI Heroid. 67. Prop. II, XI, 29. Stat. Virgil. Georg. II. 41.

v. 69. *quam* Interpretes et Forcellinus referunt ad proxime praecedens *dominam*, quam Manlio et Catullo communem volunt; (infra ad v. 156. cf. IV, 9.) qualis *communis amica* occurrit apud Martial. XII, 82; Petronium c. 105 p. 631. mihi referendum videtur ad remotius, *domum*, uti *Quo* in brevi versu; ut Catullus et amica se mutuo in domo, a Manlio donatâ, amarent. Ita apud Maxim. Tyr. Diss. 37, 6 ad fin. ἐκεῖνο respicit remotiores, non propiores, ex Marklandi interpretatione. Vid. Terentian. 1470. Virgil. IV Georg. 520. Ovid. IX Metam. 643.

Ad quam i. e. in qua vide Forcell. v. ad. 45. e

v. 72. legitur quidem in Codd. fere omnibus, et Editionibus vetustis *constituit soleâ*. sed suam Catullo elegantiam reddidisse Aldum existimo, qui edidit: *constitit in soleâ*, quod, (a Syndicico memoratur) praestantissimo Commelini Cod. Baluziano,

Quo mea se molli candida Diva pede
Intulit, et trito fulgentem in limine plantam
Innixa, argutâ constitit in soleâ.

Con-

no, Fauriano, margine Vallierlani, et manu secundâ Mediolanensis et Regiae chartae confirmatur, item optimo Dati, in quo reperio *constituit* ī *soleâ*. eâdem plane constructione utitur Propert. II. xxii, 40:

Prosilit, in laxâ nixa *pedem* soleâ.

Atque hoc probasset, credo, qui eleganti imitatione hunc Catulli locum expressit, Lotichius lib. V Eleg. 21 v. 58:

Saepius et visunt spatiosa palatia lentis
Passibus, argutâ *molliter* in soleâ.

pro *argutâ* solus Lipsius in Cod. deprehendit *angustâ*. cum Mureto facio, qui *argutâ* explicat, *brevi*, a quo non abhorret Forcellinus; et ad exilitatem pedis refero, quam in puellis commendatam fuisse, nemo melior docebit magister, quam Naso III Amor. III, 7:

Pes *erat* exiguus; *pedis est* aptissima *forma*.

Caeterum in nostro Catulli loco *argutâ* Interpretes plerique exponunt, *sonante*, *crepante*, quos probant Fruterius, et Burmannus uterque, Patruus ad Petron. Satyr. c. 95; Secundus ad Lotich. T. I. p. 401. quibus iure vapulat Gonsalius, haec de ligneis soleis accipiens, quod forsan magis conveniret calceis, Λακωνικαῖς dictis; Aristoph. Ecclesias. 542:
(et Boeotorum κρουπέζαις apud Pollux VII, 87 et interpr

 In-

Coniugis ut quondam flagrans advenit amore
Protesilaëam Laodamia domum,

In-

Ἵνα θοἰμάτιον σώσαιμι, μεθυποδησάμην,
Μιμουμένη σε, καὶ κλυποῦσα τοῖν ποδοῖν.

soleas, non nisi a mulieribus foris geri solitas, docet Turnebus lib. XXIV Advers. cap. 17.

v. 73 et 74 nulla in hoc disticho lectionis, notatu digna, varietas, nisi quod pro *amore* in decem MSS. legatur *amorem*; quod nihilominus falsum arbitror, neque illo Propertii defendendum I. XIII, 25:

Nec sic coelestem flagrans *amor Herculis* Heben.

amore in reliquis Codd. et Editis.

v. 75 *Inceptam*;] hanc Turnebi coniecturam primus in textum immisit Scaliger, Turnebi non nimius admirator. idem voluerat Lambinus et Livineius. Vossius in uno Cod. invenerat *Inceptum*, quod ex Gudiano enotavit etiam Eruditiss. Langerus, et habet Baluzianus. Vigintiquinque Codd. et duae principes Venetae, Rhegiensis et Aldus mihi dant *Incepta*. Vaticanus *Incepta et*. *Incepta ut* Mediolanensis. *Ingressa* Latinus. At Corvini Codex et Cacciae, et Excerpta Coluthi, Perreii, Minturni, Anonymi *Accepta et*, quod Editio etiam habet Romana A. 1474, Vicentina, et Brixiensis; Excerpta Ruhnkeniana, Guarini et Mureti Editio *Accepta*; quod corruptum in tantum videbatur Avancio, ut emendandum desperaret.
Nec fategit Turnebus lib. XXI Adversariorum c. 17 suam Catullo scripturam reddere, sed viam praeterea ad sensum poëtae, simulque vexatum illud δόμος ἡμιτελὴς, rite explicandum aliis praemunivit. Incipitur utique ductâ uxore domus; quae, si patre et matre familiae constat, perfecta est, sive δόμος τέλειος· nam hi duo familiam inchoant. coniuge autem discedente

im-

Virgil X Aen 720. — — infectos linquens profugus hymenaeos

poetae coniugis opro.

Inceptam frustra, nondum cum sanguine sacro
Hostia coelestes pacificasset heros.

Nil

imperfecta, sive ἡμιτελής· uti de hac ipsa Protesilai domo loquitur Homerus Il. B. v. 701:

> Τῦ δὲ καὶ ἀμφιδρυφὴς ἄλοχος Φυλάκῃ ἐλέλειπτο
> Καὶ δόμος ἡμιτελής.

haec vero cum domo viduâ, χήρῳ, et sterili, ἀτέκνῳ, et orbâ sive vacuâ, οἴκῳ ἐρήμῳ sive ἐξερημωθέντι, confuderunt multi tam antiqui, quam novi Litteratores.

Caeterum Protesilai domus nec ἡμιτελής, nec *frustra incepta* dici potuisset, nisi Protesilaus abrupto coniugio tam mature et cito ab uxore discessisset, ut liberi ex eo matrimonio suscepti esse non possent; atque adeo statim post *primum cubile*, sive νυμφικὰ λέκτρα. caeteroquin enim Protesilaus nihil praecipuum, sed hoc commune habuisset cum multis heroibus, qui ad bellum Troianum profecti uxores sine liberis domi reliquerant, et occisi viduas. At de solo Protesilao hoc dixit Homerus; eiusque imitatione alii de perpaucis. Inde Protesilaus toties *sponsus*, νύμφιος, vocatur et *novus* coniux; Laodamia *nova nupta*, νύμφη νέα, νεόγαμος γυνή.

Insessam proponebat Eldikius, nunc Irreptans; nempe ratione Deorum furtim, quod ante rite peracta nupserit. Idem Incassum ac frustra.

v. 76 *pacificasset* tuentur omnes Editiones praeter Aldinam secundam, et, quarum haec fundus est, Gryphianam A. 1551 et Statianam, ubi *conciliasset* expressum. *conciliasset* quoque in novem Codd. in reliquis *pacificasset*, verbum ab aliis iam vindicatum. quem autem versum opinabatur Ovidii esse Statius: *Mica salis puri pacificabat heros*; forsan laudavit memoriter, idque fraudi fuerit Douzae in Praecidaneis p. 43 ne Corradinum nominem.

Hostiam nonnulli intelligunt de sacrificio, quam pro viro, ad Troiam profecto, non solverit Laodamia; sed rectius Guarinus iam, et Dukerus, de

Nil mihi tam valde placeat, Rhamnusia virgo,
Quod temere invitis suscipiatur heris.
Quam ieiuna pium desideret ara cruorem,
Do-

---

de eo, quod pro coniugio fieri consueverat. ne dubita, quin ipsa προτέλεια cogitaverit poëta, quae nemo melius illustravit, quam Cl. noster Ruhnkenius ad Timaeum in v. eadem, nescio an respexerit Scholiastes minor Iliad. B. 701, Homericum δόμος ἡμιτελὴς interpretatus etiam ἀτελείωτος, et ex eo Phavorinus.

Caeterum, uti hic domus frustra inchoata, nec longo tempore duratura, ob neglectum sacrificium, ita apud Homerum vallus occurrit, frustra eductus non datis hostiis, Il. M. init.:

—— καὶ τεῖχος ὕπερθεν
Εὐρὺ, τὸ ποιήσαντο νεῶν ὕπερ· ἀμφὶ δὲ τάφρον
Ἤλασαν· οὐδέ θεοῖσι δόσαν κλυτὰς ἑκατόμβας·
—— —— —— θεῶν δ' ἀέκητι τέτυκτο
Ἀθανάτων, τῶ κ' οὔτι πολὺν χρόνον ἔμπεδον ἦεν.

quocirca non male Guarinus cum proximo pentametro comparavit Virgilium II Aen. 402:

Heu! nihil invitis fas quenquam fidere Divis.

v. 77. pro *tam* in excerptis Perreii est, *iam*; pro *valde* in uno alterove Cod. et Editione vetustâ *valide*, quorum hoc placebat Meleagro, mihi neutrum. Petronius, imitator Catulli perpetuus, c. 126 p. 776: *Nolo*, inquit, *tibi tam valde placeas*. Concinnam Achillis explicationem adscribere libet, *Non ego, si vehementer huius meae coniugium concupiscam, Deis invitis quidquam effectum velim. Atque ita significare vult, bono omine et Deis* ap-

Docta est amisso Laodamia viro;
Coniugis ante coacta novi dimittere collum,
Quam

---

approbantibus suam sibi iunctam fuisse. colorem duxit e Callimachi hymno in Cer. v. 117:

> Δάματερ, μὴ τῆνος ἐμὶν φίλος, ὃς τὶν ἀπεχθὴς,
> Εἴη!

v. 78. *Quod* iam est in Brixiensi Editione, et Codicibus fere omnibus, optimisque. Vossianus, *Qui;* unus, item alter *Quis,* item in Editionibus Principibus. Scaliger ex suo edidit *Quam;* sed recte Raphelengius iam revocavit *Quod.* *heris* i. e. Deis; Lambin. ad Horat. II Satyr. 3 v. 8.

v. 79. *Quam;*] *Quod* in exemplari 771 Υ bibliothecae Regiae. *ieiuna* i. e. sitiens. *desideret* nescio an in nullo Cod. praeter Faurianum, et Vallierianum legatur; Langerus tamen varietatem hic non annotat. plerique *deficeret,* quod obsedit etiam duas Venetas, et, quod mirere, defensorem obtinuit Corradinum; vide. Schrader. Emend. p. 4. unus Vossianus, *desideret* cum Rhegiensi editione. Sed recte existimo a Calpurnio iam A°. 1481, insequentibusque Editoribus, vulgatum esse *desideret.* Virorum Eruditorum commenta, quae certo iudicio improbes, recensere nihil attinet; praesertim si ineptiora substituas. fecit tamen Marcilius, ausus insectari Scaligerum, qui suam coniecturam a posteriore editione abesse iusserat.

v. 81. *novi;*] *uovit* quindecim Codd. *novit* novem, unus meus hic *colum,* qui postea pro *collum* habet *uovit;* hic tredecim Codd. habent *novum,* quod forsan editum usque ad Muretum, qui *novi* dedit in textu, nescio an ex coniecturâ. ita *novus maritus* Catullo LVII, v. 54; et Protesilaus praeci-

Quam veniens una atque altera rursus hiems
Noctibus in longis avidum saturasset amorem,
Pos-

---

cipue νύμφιος dictus; Raphelengius tamen male *novum* reduxerat. pro *dimittere* in solo Corvini Cod. est *admittere*, item in Edit. Romanâ et Brixiensi, in huius tamen signaturâ notarum *dimittere*, et tantundem dicendum de tribus Beroaldinis editionibus, sed prima Beroaldina editio A. 1487 in textu quoque habet *dimittere*.

v. 82. *veniens;*] solae Venetae Principes: *Veneris*.

v. 84. *ut;*] Cod. Mediol. *in* Cod. Dati *et*. caeterum omnes, non secus atque editi ante Vossium: *ut abrupto;* quod nesciebat, an servandum esset, sequentis versiculi sensu paene flagitante, magnus Hemsterhusius ad Lucian. T. I p. 410. Vossius ex uno Cod. induxit *ab innupto*; innuptas nuptias cum inchoatâ domo confundens. illo nomine Paridis matrimonium insignitur ab incerto poëta apud Ciceronem III de Orat. c. 58:

Quâ tempestate Paris Helenam innuptis *iunxit* nuptiis.
Ego tum gravida, expletis iam fere ad pariendum mensibus,
Per idem tempus Polydorum Hecuba partu postremo parit.

Heins. ad Ovid. II. 627

cuius fragmenti versum secundum Delrius laudat p. 157 inserto *fui* post *gravida*, quod etiam atque etiam considerandum, cum in vulgato sensus vacillet; in Delriano ut metrum constet, vereor. Et forsan legendum in fine: *pario*. Caeterum Paridis *innuptae* ideo vocantur nuptiae, quod erant παρὰ πάντα τὰ δίκαια contractae, ut ait Lucian. T. I p. 410. γάμους ἀγάμους exponit Vossius Inst. Or. l. V c. 12 §. 7. Cf Scalig. lection. Auson. II, 17. ad pag 465.

[(Sacra iura Ovid XVI Her. 320)

De Helenae nuptiis Eurip. Troad. 1114 δύσγαμον αἶσχος; de Oedipo, Eur. Phoen. 1054 γάμους δυσγάμους. Scholiaste παρανομώτατος γάμ. Plutarch. γάμοι ἀνέγγυοι, quorum evictio non praestaretur, illegitimi. Scalig. ad Catalect. p. 90 ἀνόσιοι γάμοι inceptae nuptiae Dionys. IV. Antiqq p. 234, 16.

v. 85 pro *scibant* in aliquibus librariorum vitium est *scribant* et *sciebant*.

Poſſet ut abrupto vivere coniugio:
Quod ſcibant Parcae non longo tempore abiſſe, an non longo t. cf v. 75.

Si

bant. in uno meo, *perhibent*. formam *ſcibant* multi multis exemplis aſtruxerunt, ſervandam etiam ex antiquis editionibus in incerto Tragico apud Ciceronem III Tusc. c. 13:

Ego cum genui, tum moriturum ſcivi, et ei rei ſuſtuli.
Praeterea, ad Troiam cum miſi ob defendendam Graeciam,
Scibam *me in mortiferum bellum, non in epulas mittere.*

ubi in noviſſimâ editione contra menſuram *Sciebam* admiſſum.
abiſſe] in ſexdecim ad minimum apud me eſt Codicibus, et in duabus primis Venetis; *abeſſe* videtur a Calpurnio inde per omnes editiones propagatum. neutrum ſatis capio. *adeſſe*, pro *adfuturum*, aequo paene iure legi poſſe videtur, quam *abeſſe*. ſi tamen *abiſſe* aut *abeſſe* verum ſit, intellexerim de mortuo Proteſilao, ſive eius cinere, in urnâ ad patriam redituro, quaſi dixerit: per euphemiſmum *non ad longum tempus abiturum.* Propertius III x, 13:

r obeſſe Carbon. abeſſe probat Heyn. quod eſt etiam in Parm et Rheg. cont. Varr. ad Cic. XIV. ad Div. 4 abiſſe ad coniugium refert auctor Annal Litterar p. 454. sed mihi videtur obſtare in seq. iſſet

Neve aliquid de te flendum referatur in urnâ:
Sic redeunt, *illis qui cecidere locis.*

ut ominis cauſâ rem ipſam reticuerit Catullus; non ſecus atque ipſa Laodamia apud Naſonem XIII Her. quibus verbis epiſtolam clauſit; nam, quod nunc annectitur, diſtichon putet:

Per reditus, corpusque tuum, mea numina, iuro;
Perque pares animi coniugiique faces;
Perque, (quod ut videam canis albere capillis!)
Quod tecum poſſis ipſe referre, *caput;*

Si miles muros iſſet ad Iliacos.
Nam tum Helenae raptu primores Argivorum
Coeperat ad ſeſe Troia ciere viros;
Troia (nefas!) commune ſepulcrum Aſiae Europaeque,
Tro-

Me tibi venturam comitem, quocunque vocaris:
Sive, (quod heu! timeo) *ſive ſuperſtes eris.*

Schraderus coniecerat:

Quod ſcibant Parcae non longe tempus abeſſe.

conf. Ovid. XVIII Her. 191.

v. 87 in paucis: *Non* et *cum*, ab antiquiſſimis Editoribus iam correcta.

v. 88. *ad* Achilles explicat *in*, πρὸς probant Corradinus et Forcellinus. *ad* pro *contra* uſurpat etiam Cicero ad Diverſ. lib. XII ep. 14 p. 358 explicante Erneſtio. equidem nihil affirmo.

v. 89. placuit mihi Guarini ſententia ſtatuentis, *nefas* eſſe exclamationem, interpoſitam per parentheſin, potius, quam cum Vulpio explicare, *nefas nominatu*, vel cum Corradino, *res nefaria.* *Aſiae Europaeque* Codd. longe plurimi; ſed *Europae Aſiaeque* novem MSS. et Regius chartac. a ſec. manu, et omnes Editiones ſervant, quod primus eiecit Scaliger. Turnebus lib. V Adverſar. cap. XVI comparat hunc locum cum Lucretio et Horatio, qui dubito tamen an ſenſu paulum diverſo *commune ſepulcrum* dixerint. A ſenſu non ita longe, ſed ab elegantiâ Catullianâ longisſime abeſt Auſonius in epitaph. Heroum XIV:

Hectoris hic tumulus, cum quo ſua Troia ſepulta eſt:
Conduntur pariter, qui periere ſimul.

v. 90

Troia, virûm, et virtutum omnium acerba cinis;
Quaene etiam id nostro letum miserabile fratri
Attulit! hei misero frater adempte mihi!
Hei misero fratri iucundum lumen ademptum:

Te-

v. 90 *cinis* veram lectionem habent omnes editi et scripti, exceptis Codicum praestantissimis Datiensi et Corviniano cum editione Brixiensi, qui *finis*. τὸ *cinis* sequiore etiam genere ab antiquis efferri, multi docuerunt; Catullo eam formam asserit Vossius ad Epigr. 96, 4 p. 331, ex Nonio cap. III 51: *cinis, fem. apud Caesarem, et Catulum, et Calvum lectum est, quorum vacillat auctoritas: Cum iam fulva cinis fueris.* uti Calvi locus legitur in editione Gothofredi; in Merceri recensione pro *fueris* est *fuerit*, ut Muretus etiam laudat; apud Charisium autem lib. I p. 78 *fuero*. Grammatici, an illorum, quos laudat, vacillet auctoritas, alii iudicent.

v. 91. *Quaene etiam id;*] cum diu anceps haesissem, quibus verbis hunc versum inchoarem, nec adhuc voluntas satis exacta sit, inclinavi tandem in eam lectionem, quae uno saltem Cacciae Codice niteretur, probata Lipsii et Heinsii divinatione, et proxime ad aliorum Codicum atque Editionum variantes accedens. Nam in unico Codice Corvini *Quae ve etiam id*, item in Collationibus Coluthi, Excerptis Perreii, Minturni, Anonymis et Ruhnkenianis, et editione Romanâ; *ue et* [pro *etiam*] *id* in Vicentinâ, *ue etiam id* in Brixiensi; *Quae vetet id* in duobus Vossii, Lipsii Codice, et sex et viginti meis, et utrâque Venetâ; *Quae vectet id* in Leidensi et Memmiano Cod; *Quae vehet id* in uno meo; *vectae id* in altero Leidensi; *veteri id* in Vallieriano et editione Rhegiensi. *Quaeque et nostro* Guarinus, aitque, alios legere *Quae vae.* *Quae nempe et nostro* audacter in Aldinam invectum est, quam tamen plurimi caeco impetu secuti sunt. Scaliger in priore recensione *Quae, ve, ter nostro*; in posteriore *Quae (ve te) nostro.* Raphelengius *Quae, vae, vae, et nostro. Quaemet et id* Vossi coniectura est; *Vae mihi! quae et* altera Heinsii; *Quae tenet, et nostro*, tertia Eldikii. fuit etiam, cui placeret *Quis neget? et.* ut:

Quis

Tecum unà tota est nostra sepulta domus.
Omnia tecum unà perierunt gaudia nostra,

Quae

Suelon Ner. 39.

Quis neget *Aeneae magnâ de stirpe Neronem.*

negat Codex meus Suetonii neget mavult Oudendorp cum Torrentio

Statius I Sylv. 4, 4:

> *es coelo, Dîs es, Germanice, cordi;*
> Quis neget?

quemadmodum *vetat* pro *negat* habent sexcedecim Codd. Heinsiani in Claudian. IV Cos. Hon. 294. *aliorum alias* coniecturas praetereo; Passeratiana tamen videri possit lectioni, a me receptae, anteponenda; hic enim cum in suis Codd. invenisset *veter*, *neter*, *noter*, legendum divinabat: *Quae nuper nostro;* et astruebat ipsius Catulli verbis ad Ortalum:

> *Namque mei* nuper *Lethaeo gurgite fratris*
> *Pallidulum manans alluit unda pedem.*

Vnde ne Marcilii quidem divinatio contemnenda est: *Quae nunc et nostro.* pro *fratri* in uno Leid. duobusque Mediceis *frater.*

v. 94 *Tecum unà tota est;*] cum Vossius in uno Cod. reperisset *Tecum una nostra est tota,* suspicabatur legendum: *Tecum cum nostra est tota sepulta domus.* Vallierianus: *Tecum* tota in una *est n. s. d.*

tota una Parm. totum una Rheg.

v. 97 *Quem;*] plerique Codd. habent *Que,* quod in duodecim genuit *Quae,* uti et in Venetâ secundâ, et Rhegiensi. Eiusdem generis, et ex eodem fonte derivatum, vitium nunc quoque Iuvenalem foedat Satyr. VII v. 213:

† Parm.

Sed

Quae tuus in vitâ dulcis alebat amor.
Quem nunc tam longe non inter nota ſepulcra,
Nec

Sed Rufum, atque alios caedit ſua quaeque *iuventus.*

legendum quivis videt: *quemque.*

nota Scaliger explicat, *cognata*; quod eſt Graecorum γνωτὸς, conſanguineus, frater; Homer. Il. P, 35; Nonnus p. 336, 23; vide Nott. ad Heſych. Vrſinus ad Virg. Ecl. 1 52, *patria*, et πατρῴους τάφους· hoc enim voluiſſe videtur Vrſinus. ita Aeſchines de falſ. leg. p. 317: ἱερῶν, καὶ τάφων πατρῴων μετουσίᾳ. Demoſth. cont. Eubul. p. 1307 Ed. Reisk. ἔθαψε τούτους εἰς τὰ πατρῷα μνήματα· ὧν, ὅσοιπέρ εἰσι τοῦ γένους, κοινωνοῦσι. Idem p. 1311 recenſet eos, ὧν τὰ μνήματα ταῦτα, et p. 1319 οἷς ἠρία ταῦτα· ubi vide, quos excitat Taylorus. Sic Valerio Maximo VIII c. 14 memorantur *monumenta Corneliae gentis*; Aeſchini de falſ. leg. p. 209 τάφοι προγόνων, et p. 253, ubi vide Marklandum; Ciceroni VIII Philip. c. 3 *ſepulcra maiorum.* et haec patria ſepulcra ac monumenta a Romanis non ſecus atque a Graecis dicta, legere poſſis apud Kirchmannum de Funerib. Rom. lib. III p. 369. potuiſſent etiam *domeſtica* dici, ſiquidem omnes in ſuis domibus ſepelirentur, quo referebatur, ubicunque quis fuiſſet extinctus, auctore Servio ad V Aen. 64, et VI v. 152. idem in hortis fieri ſolitum a Romanis, docet Kirchman. l. II cap. XXI; ab Athenienſibus, Demoſthenes cont. Callicl. p. 1275 totâ.

Magnum autem hoc ſemper ſolatium fuit, ſepulcro patrio tumulari; Ovid. IV Triſt. 3, 45:

Et cinis in tumulo *poſitus iacuiſſet* avito!

III Amor. VI, 74:

O utinam mea lecta forent, patrioque ſepulcro
Condita, dum poterant virginis oſſa legi!

XIII

Nec prope cognatos compositum cineres,
Sed Troiâ obſcenâ, Troiâ infelice ſepultum

De-

XIII Metam. 524:

Condeturque tuum monumentis *corpus* avitis.

plura notavi ad Propertii Corneliam v. ult.

v, 98 *Nec*;] unus Voſſii *Non.* *componi* proprie dici cineres atque oſſa, cum in monumentum condebantur vaſculis ſuis incluſa, docet Broukh. ad Tibul. III 2, 26. *cineris* in ſeptem Codd.

v. 99 *obſcenâ* cum Douzâ Patre, Vulpio, et Forcellino praecipue, capio, malis auſpiciis conditâ; negat quidem Corradinus, quia ab Apolline et Neptuno exſtructa; ſed non meminerat, credo, Deos a periuro Laomedonte mercede pactâ deſtitutos.
ſepultum;] in unum alterumve Codicem editionemque antiquam invaſit *ſepulcrum*, quod probabat Avancius, neque dubito, quin is ipſe in Aldinam intulerit; hunc merito improbat Guarinus, et *ſepultum* revocavit Muretus.
extremo;] ita Codd. fere omnes, et duae Venetae Principes, et Rhegienſis, item Excerpta Minturni et Ruhnkeniana. *heſterno* unus meus, *externo* Vaticanus et Commelinianus cum Excerptis Perreii, Cacciae, Anonymi, Ruhnkenii et Collationibus Coluthi, quorum hoc iam Statius probabat et Broukhuſius ad Tibul. etiam III 2, 26. favet his Cic. IV ad Div. ep, 7: *Equidem, etiamſi oppetenda mors eſſet*, domi *atque in* patriâ *mallem*, *quam in* externis, *atque* alienis *locis.* Idem lib. IX ep. 13: *In quo nihil eſt praeter viam longam: quam idcirco non fugiunt, ut* et vivant cum ſuis, et moriantur domi. ſed recte reiicit Corradinus, foret enim δὶς ταὐτόν. *a noſtro* Codex Corvini et Faurianus, nam neque a me, neque a quoquam Interpretum ex MS.

eno-

Detinet extremo terra aliena solo.

Ad

---

enotatum est; exhibent tamen in Vicentinâ Calpurnius, in Brixiensi Parthenius, et in suis Aldus, multique Aldinarum sequaces; quamvis ad *externo* inclinaret Scaliger, tamen *extremo* revocavit, quod *mihi est*, tam procul a patriâ. hoc lamentabatur Ovidius III Trist. 3, 13:

> *Lassus in* extremis *iaceo populisque* locisque.

et v. 37:

> Tam procul *ignotis igitur moriemur in oris*;
> *Et fient ipso tristia fata loco?*

Petronius c. 115 p. 692: *nempe diem etiam, quo venturus esset* in patriam, *animo suo finxit. Dii Deaeque*, quam longe *a destinatione suâ iacet!*
Quin non aliis verbis hic Catullum Troiam exsecrari, quam quibus Graeci ei maledicunt apud Homerum, quamvis iure non aequo, monet Victorius xxx Var. Lect. c. 17; nempe Iliad. I. v. 246:

> ἡμῖν δὲ δὴ αἴσιμον εἴη
> Φθίσθαι ἐνὶ Τροίῃ, ἑκὰς Ἄργεος ἱπποβότοιο.

His convenit votum in patriâ sepeliri, solenne apud Veteres; Demosth. cont. Eubulid. fin. Mosch. idyl. 4 v. 35; Ovid. III Trist. 3, 32, Senec. Troad. v. 600.
Vulpius *extremo* explicabat, *litore*, *extremâ continentis parte*; quo sensu Scholiastes et Oudendorpius exponunt Lucanum III, 227; sed haec nec satis certa duco, nec Catulli sententiae satis apta. de confusione vocum *externus* et *extremus* agit Burm. ad Propert. I xi, 5 et II xiii, 40.

Ad quam tum properans fertur ſimul undique pubes
Graeca penetrales deſeruiſſe focos;
Ne Paris abductâ gaviſus libera moechâ
Otia

v. 101 pro *tum* in ſolo Leidenſi et Aldinâ ſecundâ eſt, *cum*.
fertur ſimul undique, edidi auctoribus Codice Corvini, Datii, Commeliniano, ternis Saibantis, Mediceo, Baluziano, Memmiano ſec. man. membranis Regiis, Vallieriano, et Editionibus omnibus, ante Raphelengium excuſis; hic enim primus recepit *fertur unde undique*, quam Lipſii coniecturam ſuſpicor. et *fertur* quidem in multo pluribus eſt, quam enumeravi, Codd. ſed in aliis *feretur*, *ferretur*, *feret*, *feruntur*, et, unde haec nata ſunt, *fert*. per compendium. *ſimul* a nonnullis ſpatio relicto abeſt, pro quo in Vaticano *vaga et*; in Gudianis *ut*; in Lambiniano *tunc* manu ſecundâ ſuppletum. pro *pubes* in uno Voſſii erat *puppes*.
ſimul non dubito, quin in pluribus ſit Mſſ. ubi mea excerpta ſilent; voce igitur ſuſpectae crimine abſolutâ, non invito, ut opinor, lectore interpretum commenta tacebo; quibus deterius non eſt, ineditum apud me, neſcio an D'Orvillii:

Ad quam tum properavit et undique et undique *pubes.*

ut alibi eleganter repetuntur, *magis ac magis*, *nimis ah! nimis*, *miſer ah! miſer*, *procul procul*, *nimium nimiumque*, et ſimilia; vide Io. Mich Heuſinger. ad Cicer. de Offic. c. 24. Eruditiſſ. Eldikius tentabat: *fertur lecta undique pubes.*

v. 102 *penetralis* plerique Codd. non *penetrales*. hos proprios ac domeſticos, ſeu familiares interpretatur Douza Pater.
deſeruere in uno reperit Voſſius; ego in omnibus ſcriptis atque impreſſis *deſeruiſſe*.

Otia pacato degeret in thalamo.
Quo tibi tum casu, pulcherrima Laodamia,
Ereptum est, vitâ dulcius atque animâ,

Con-

focos magno Codicum et Editionum numero, *deos*, quod Vossio et Davisio ad Cic. Nat. Deor. II, 27 placuit, perpaucis se tuetur. pro Penatibus etiam *focos* dixit Propertius eleg. ult. v. 42, ubi *Lares* non substituerim cum Koppiersio.

Comparabat cum hoc loco et corrigebat Eldikius Bionem Idyll. XV, 9:

οὐδέ τις Ἕλλην,
Οὔτε Μυκηναίων, οὔτ' Ἤλιδος, οὔτε Λακώνων
Μεῖνεν ἑὸν κατὰ δῶμα, φέρων δύστανον Ἄρηα,
Λάνθανε δ' ἐν κώραις Λυκομηδίσι μῶνος Ἀχιλλεύς.

de egregiâ restitutione Amico elegantissimo hac lege adsentiam, ut φυγὼν pro φέρων admittat.

v. 103 *Ne* est in Caroli Dati Codice, in Mediceo, Riccardiano, aliisque nonnullis, inque editionibus cunctis; idque recte, licet in tredecim Mss. sit, *Nec*, et in Commelin. et Baluziano *Neu*.

v. 105 in plerisque Codicibus est *Quod*, item in editionibus vetustissimis; in paucis *Quid*. sed recte iam inde a Parthenio editum existimo *Quo*, et ipsum Codicibus agnitum; licet *Quod* A. 1608 revocaverit Grasserus, et pro *quamobrem* exposuerit Allio.
pro *tum* in paucis etiam est *cum* vel *tam*. *Laudomia* in Codicibus tantum non omnibus et vetustioribus scribi editionibus, vix est, ut moneam.

Coniugium. tanto te abſorbens vortice amoris
Aeſtus in abruptum detulerat barathrum;

Qua-

---

v. 107 *tanto;*] Perreius aſcripſit: *cauſa cur coniugium dulcius animā.* *te*] abeſt ab uno Cod. *ſe* in ſolo Lipſii, *ne* in ſolo Mediolanenſi ſcripto libro.
abſorbens;] ſolus Datii *abſolvens.* *abſorbere* et *reſorbere* proprie dicitur de maris receſſu, quem itaque hoc loco exquiſite ſignificabit etiam *Aeſtus*, frequentius de maris acceſſu, vel utroque ſimul, uſurpatus.
pro *vortice* omnes, puto, Codices, atque Editiones primi a renatis litteris ſaeculi, *vertice*; quam ſcriptionem probabat Achilles; Vallierianus tamen *vortice*. eſſeque has voces eiusdem originis, quibus Scipio demum Africanus *e* litteram ſecundam dederit; uſu tamen obtinuiſſe, ut vertex ſummitatem, vortex turbinem ſignificet, docere te poterit Forcellinus, cuius locis, ubi *vertex* pro *vortex* ſcribitur, adde Senecam Conſol. ad Marc. c. 17; Valer. Flac. VIII, 373 *totusque in vertice pontus*, vel potius *tortusque in vortice pontus*; Quinctil. VIII, 2 §. 7; ne hic cum Corradino pro ſummitate accipias; quâ poteſtate vitioſe *vortex* ſcribi, aſſentior ingenioſiſſimo Heynio in praef. Nov. Virgil. p. XXIII, quem confer ad III Georg. 241.
v. 108. *detulerat;*] forſan *depulerat*, Heinſius. *barathrum*, ſcil. amoris, Perreius annotat. Vulpius Athenienſium hic laudat *barathrum*, quod unus omnium explicat Ruhnkenius ad Timaeum; ego Siculorum Charybdin, in quali et frater Megillae laborabat, et qui ex hoc ipſo loco Virgilius III Aen. 421. 422 tribuit barathrum, Heſychio χάσμα θαλάσσης in v. Χάρυβδις.

v. 109. varia huius verſus ſcriptura in diverſiſſimas expoſitiones egit interpretes, idque vel minus mirandum, quod Hercules tam in Theſſaliâ, quam in Arcadiâ, foſſam foderit. Et in Codicibus, forſan omnibus, Editionibusque, Aldinâ 1502 prioribus, ſine adſpiratione legitur *Peneum*, *Peneium* etiam, et *penum*. *Cylleneum* multi Codices, aut *Cyleneum*, aut *Ce-*

le-

Quale ferunt Graii Pheneum prope Cylleneum
Siccari emulsâ pingue palude solum;

Quod

---

lenem, aut *Cilenem*, aut *Cilenum*, aut *Cileneum*, itemque Editiones Brixiensi antiquiores; solus Corvinianus *amoenum*, ad quam rationem Parthenius refinxit *Peneum propter amoenum*, primam vocem in duas, puto, syllabas contrahens, et de Thessalicâ fossâ Ossam inter et Olympum intelligens; atque ipsam hanc lectionem exhibent Excerpta Ruhnkeniana, Anonyma, et Colutlii Collationes. Parthenii sententiam secuti sunt Fuscus et Muretus. Aldina secunda admisit *Peneum prope Cylleneum*, et Guarinus, explicans etiam de Peneo Arcadiae, qui auctore Strabone lib. VIII p. 520 edit. Casaub. Cyllenem inter et Chelonatam exit. Atque hunc Peneum ab Hercule Augiae stabulo purgando immissum, narrat Tzetzes ad *Lycophr*. v. 652 p. 701; nisi illic pro Πηνειὸν legendum sit ~~[illegible]~~, de quo eadem refert Pausanias in Eliac. lib. V cap. 1. Sed veram, opinor, Catullo lectionem, *Pheneum prope Cylleneum*, reddidit Avancius in notis, in solâ editione A. 1500 nunc obviis; unde sine dubio pervenit in Aldinam A. 1502, cui praefuit Avancius. *Pheneum* agnoscunt etiam Excerpta Ruhnkeniana et Latini Latinii variantes. Avancii lectionem probant, et egregie adstruunt Statius, Scaliger, Barthius ad Stat. IV Theb. v. 291, Vossius, Vulpius, et Schraderus Emendat. p. 11. Vulpius tamen male adhibet Claudianum II de Rapt. Proserp. 179, de Thessalicâ palude agentem. Caeterum per diphthongum scripsit Aldus *Cyllenaeum*, et Raphelengius. barathron hoc Pheneaticum, sive, ut ipsi Arcades loquebantur, ζέρεθρον, memorat etiam Strabo sub fin. lib. VIII.

v. 110] nec Codices, nec Editiones hic variant, nisi quod in uno Vossii sit *sicca*. In longo versu *Quale* accipi possit pro *Qualiter*; nisi quis malit cum Schradero pag. 11 Emendat. hic legere *Siccare*; qui in ineditis etiam non male *putre* legebat pro *pingue*.

Quod quondam caesis montis fodisse medullis
Audet falsiparens Amphitryoniades,
Tempore quo certâ Stymphalia monstra sagittâ
Perculit, imperio deterioris heri;

Plu-

Siccari Muretus accipiebat, *paulatim adhuc siccari*; sed Sanctius in Min. l. I c. XIV p. 110 *siccatum esse*.

Cf. Apollodor. II, 5, 5.

v. 111 pro *fodisse* in uno tantum Leidensi, unoque Saibantis est *fudisse*, perperam a Corradino defensum. Ab hac fossione Hercules *Fossor* dictus sive Σκαπανεὺς Lycophroni v. 652, Etymologo teste: ὁ Ἡρακλῆς λέγεται καὶ Σκαπανεὺς, διότι ἔσκαψε τὰς κόπρους τῶν Αὐγείου βοῶν. paulo plenius Tzetzes ὅτι ἔσκαψε τὸ περιτείχιον τῆς ἐπαύλεως τῶν βοῶν Αὐγείου, τοῦ Ἠλείων βασιλέως, καὶ τρέψας ἐκεῖσε πρὸς τὴν βυσασίαν ποταμοὺς β΄, τόν τε Ἀλφειὸν καὶ Πηνειὸν, τὴν ἄμετρον ἐκείνην τῶν βοῶν κόπρον καθαίρει βραχείᾳ ῥοπῇ, ὑπ' Εὐρυσθέως τοῦτο πῶς διδαχθείς.

v. 112 *Audet*, quod pro audebat accipiunt Statius, Scaliger et Vulpius, est in omnibus MSS. uno excepto; *Ausus*, in pluribus posterioribus editionibus conspicuum, primus, puto, Calpurnius edidit. Dudum autem hic conieceram *Audit* Graeco more legendum, antequam idem Erudito Anonymo ad exemplar Gronovianum et Palmerio in mentem venisse vidissem in Spicil. p. 716. iuvat Datii Cod. in quo *Aldit*.

v. 113 *sagittâ* domitas ab Hercule aves Stymphalidas ab aliis etiam narrari, docent, quos uterque laudat Burmannus, ad Gratii Cyneg. v. 126 Patruus, Secundus ad Anthol. Lat. lib. I Ep. 42 v. 5, nec apud auctores tantum, sed in nummis etiam; nam ut Burmannus addit Tom. II p. 704, in suo Perinthiorum nummo, eoque fere unico, conspexerat Herculem, sagittâ Stymphalidas coelo deturbantem; quod vellem et ipse nunc videre, sed deficientibus in Patriâ nostrâ, quae Maecenatibus olim florebat, eruditorum monu-

Pluribus ut coeli tereretur ianua Divis,
Hebe nec longâ virginitate foret.
Sed tuus altus amor barathro fuit altior illo,
Qui tunc indomitum ferre iugum docuit.

Nam

---

numentorum amatoribus, divitibusque in quodvis potius quam ad iuvanda litterarum studia pecuniam profundentibus, in bonas, malasne manus Gazophylacium Burmanni mei pervenerit, ignoro. Caeterum de hoc Herculis facto consulendus etiam Cl. Heyn. ad Apollod. bibl. p. 366.

v. 114 *Perculit* recte primus, puto, Parthenius edidit, cum ante eum legeretur *Pertulit*, quod Codices etiam, paucis exceptis, servant. licet antiquâ manu in Datii et Vallieriano Codice et secundâ in Regio chartac. correctum sit *Perculit*, confirmatum Riccardiano.

v. 117 *amor* Broukh. ad Prop. p. 408 b. explicat *amans*, ut et Theocriteum Id. 7 v. 96 Ἔρωτες de utroque dubito an recte.

v. 118 locus inquinatissimus, nec a me expediendus. *Qui in vita indomitum* est Vossi coniectura, quâ nihil absurdius, nisi sit eius interpretatio. Cod. Datii habet, cum tribus Saibantis, uno Gudiano, uno Mediceo, Riccardiano, uno Vossiano, Fauriano, Memmiano, Regiis, et Codice Lipsii, et Editione Venetâ omnium Principe, et Venetâ secundâ: *Qui divum domitum. domitum* vel *dominae* est in Vaticano. *Qui tuum domitum* est in septendecim Codd. et in Editione Rhegiensi. *Qui divum dominum* in Corvini et Lambiniano Cod. et Editione Vicentinâ et Brixiensi. *Qui tum* in Bodleiano et Hamburgensi. *Quique divum* in Commeliniano et Baluziano. *Quique tuum dominum* in altero meo. *Quin* in Leidensi. *Quod divum dominum* dedit Aldus; *Quod divum domitum* Scaliger et Raphelengius. *Qui te non domitum* exhibet Guarinus, eam vetustiorem vocans lectionem, mihi quoque obviam in Excerptis Ruhnkenianis.

Quod

Nam neque tam carum confecto aetate parenti

Vna

Quod domini dominum exstat in Latini Latinii variantibus, *Qui tunc te indomitum* in margine Codicis Datiani. *Qui tunc indomitam* Corradinus edidit ex coniecturâ. Ex interpretibus qui *divum* admiserunt, intellexerunt Herculem, non secus ac Bacchus a Catullo in Epith. Pelei v. 393 *divus* appellatur, et versûs superioris *barathrum* non de barathro Pheneatico, sed de amoris barathro Herculei explicuerunt; unus Vulpius praeterea censebat, significari Herculem amore Eurysthei irretitum, atque ita domitum, ex Athenaeo l. XIII p. 603 D. Muretus ingenue fatebatur, se nullum idoneum sensum ex hoc versu elicere posse. Alii coniecturis locum sanare tentarunt. Et Franciscus quidem Puccius *Qui dirum*. Achilles *Qui tantum indomitam*; quo sensu *indomitus* explicatur apud Burm. ad Prop. I xx, 15. Fruterius *Qui nondum*, (nescio an cogitans: *Qui nondum domitam*) Vossius *Qui torvum*, quae editae eiusdem coniecturae certe praestat. Heinsius *Qui te adeo dominum*. Anonymus, quem D'orvillium suspicor, *Qui invitam dominum*. tandem Schraderus, quo ingenium ab Heinsiano propius distans haec aetas non vidit, *Qui tauri indomitam*. Notum illud Horatii lib. II Od. V:

Nondum subactâ ferre iugum valet
Cervice, nondum munia comparis
Aequare, nec tauri *ruentis*
In Venerem tolerare pondus.

conferri possunt interpretes ad Petron. cap. 25.
Fortiori remedio subvenire loco tentabat Eldikius:

Qui vivam in domini te ire rogum *docuit*.

quippe Laodamiam se vivam pyrae immisisse et cum Protesilai effigie combussisse, auctor est Hyginus fab. 104.
Similitudo inest vulgatae cum versu Catulliano ex Aty 33:

Vel

Vna caput ſeri nata nepotis alit;

Qui

Veluti iuvenca vitans onus indomita iugi.

Porro matrimonium ſaepe iugo comparant Poëtae. ita Plautus in Curcul. Act. I Sc. I v. 54: *Iamne ea fert iugum?* ubi vide Taubmannum.

Interim recepi, quod commodum non modo efficit ſenſum, ſed proxime etiam ad Codicum veſtigia accedit. Similiter ipſe Catullus in Epithal. Pelei v. 54:

Indomitos *in corde gerens Ariadna furores.*

Ovidius II Faſt. 585:

Iupiter, indomito Iuturnae *captus amore.*

pro ultimo vocabulo *docuit* in Mediolan. eſt *decuit*, in Voſſian. *domuit*, in meo, Baluziano et Palatino *potuit.*

v. 119 *Nam neque tam carum;*] vera haec loci ſcriptura in optimis reperitur Codd. Corviniano, Datiano, quarto Mediceo aliisque; licet *neque* abſit a Mediolanenſi, in aliis ſit *nec*, et pro *tam* ſit *tum* in Lambiniano, vel ſcriptionis compendium *ta* in multis Codd. pepererit *cauſa*, in aliis *tonſa*, ut in editionibus etiam Venetis. τῷ *cauſa* autem conſequens erat addere etiam *earum*, pro *carum*, ut multi fecerunt librarii, quos dum ſequitur, ridiculum ſe reddidit Allio. ultimum huius verſûs hemiſtichium a Catullo mutuatus eſt Poëta IV Aen 599.

v. 120. *Vna;*] fruſtra fuit, qui *ulla* reponere tentaret. Totius autem huius loci intellectus pendet a Lege Voconiâ, quae prohibebat, ne quis feminam, ne unicam quidem filiam, inſtitueret heredem; vide magnum Schulting. ad Pauli Sentent. lib. IV tit. 8 §. 22 not. 55; quae ſi vera eſt animadverſio, non amplius cum aliis hunc nepotem ab inteſtato heredem, nec eo nato teſtamentum rumpi, dicemus; quippe qui avo materno

G nec

indomitis gregibus Tib. II, 4, 57.

indomitum Herculem intelligebat Heinsius

indomitum videtur esse quod omnino non aut vix domari potest. an Iuvenali reddendum VII, 77: ... indomitum pro iam domitum. Simile est imparatus.

Qui cum, divitiis vix tandem inventus avitis,
Nomen testatas intulit in tabulas,

Im-

nec suus, nec agnatus erat, sed ab eo heres scribi poterat, et hoc loco reverâ scriptus dicitur v. 122.
seri;] Homericum ὀψιγενοῦς, τηλυγέτου. Τηλύγετος, Suidas inquit, μονογενὴς, μεθ' ὃν οὐκέτι γεννήσεσθαι ἕτερος. καταχρῆσθαι δ' ἐνίοτε καὶ ἐπὶ τοῦ ἀγαπητοῦ, διὰ τὸ τοὺς ὀψίμους γεννηθέντας ἀγαπᾶσθαι. conf. Hom. hymn. in Cer. v. 164 et 165.

v. 121 pro *cum* in solo Datii Cod. male *tum*, licet Aldo et Marcilio placitum; quorum hic nihilominus recte improbat Scaligerum, *in divitiis* legere volentem.

Simile quiddam de Euthynoo, Elysii filio, narrat Plutarchus de Consol. ad Apoll. p. 109 B: Τοῦτον γὰρ εἶναι μόνον αὐτῷ ἐπ' οὐσίᾳ πολλῇ καὶ χρήμασιν· subiungitque epigramma ad patrem, qui filium veneno sublatum suspicabatur:

Ἦρου; νήϊδες, Ἠλίσι, ἠλιθίων φρένες ἀνδρῶν.
Εὐθύνοος κεῖται μοιριδίῳ θανάτῳ·
Οὐκ ἦν γὰρ ζώειν καλὸν οὔθ' ἑοῖ, οὔτε τοκεῦσι.

Cicerone interprete Tuscul. I c. 48:

Ignaris homines in vitâ mentibus errant:
Euthynous potitur, fatorum munere, letho.
Sic fuit utilius finiri ipsique, tibique.

ubi Τοῦτον pro Τοῦτο, et Ἦρου; νήϊδες ἠλιθίων, pro Ἦ που νήπιε ἠλίθιος mea coniectura est. νῆϊς praeter Hesychium habet etiam Homer. in Cer. 256, et Callim. fragm. CXI ubi vide Bentl. et Hemst. h. Ἠλίσι Davisius inseruit. finem ita scribit Stephanus in Lexic. Cicer. p. 116 pro αὐτῷ, οὔτε γονεῦσι.
vix tandem inventus;] Homer. hymn. in Cer. 219:

Παῖ-

Sch. Il. ad X 61, 106.
Schol. ad Il. E
D'Arn. vit. Scaev. p. 3. ...
Homer Od. Δ 217
... ὡς ...
... ἐπὶ γήραϊ ...

Impia derisi gentilis gaudia tollens,
Suscitat a cano vulturium capiti.

Nec

Παῖδα δέ μοι τρέφε τόνδε, τὸν ὀψίγονον καὶ ἄελπτον
Ὤπασαν ἀθάνατοι· πολυάρητος δέ μοι ἐστίν.

v. 122 *testatas*, explicaverim: testibus confirmatas. Schraderus tentabat: *ceratas*. pro *intulit* in uno tantum Vaticano *metulit*; Parthenius edidit, *detulit*; abest vox a Cod. Leidensi.

v. 123 *Impia* ideo dici existimo, quia gentilis propinquum sine liberis heredibus decessurum sperabat. Heinsius volebat *Irrita*.
gentilis, qui fortasse scribebatur in tabulis, ait Corradinus. potuit etiam fieri, ut avus nepote demum nato testamentum condiderit, cum gentilis antea successionem ex L. XII tabb. speraret. Caeterum *gentilis* hic sensu minus proprio sive latiori, etiam agnatum continere posse videtur; agnati enim semper etiam sunt gentiles, non contra.

v. 124 quam repraesentavi, est Parthenii lectio, unice vera, ut puto; quam probat quoque Torrent. ad Horat. II Satyr. V, 45. licet in antiquioribus Editionibus, et multis Codicibus legatur: *Suscitat et cano voluntarium*; vel, *Suscitata cano*; in Excerptis anonymis, *Expulit a*. Scaliger coniecerat: Suscitat ah! *cano vulturium capiti*. sed recte iam Raphelengius Parthenianam lectionem revocavit, quam astruit etiam Salmasius; vide Heinsii notam, et Gronov. in Epistolâ ad Clementium post opus de Pec. Vet. p. 688; quibus *suscitare* est hic vi maxime propriâ, sursum pellere, abigere, summovere. *capiti* autem pro *capite* revocavi ex Codicibus tantum non omnibus, et Editionibus Principibus. de quo duplici ablativo vide Sanctii Minerv. l. 2 c. 7 p. 197, ibi Periz. n. 4, et quae noto ad Terentianum v. 1093.

Nec tantum niveo gavisa est ulla columbo
Compar, quae multo dicitur improbius
Oscula mordenti semper decerpere rostro;
Quan-

improb.] an lascivius Forcell. an insatiabilius Forcell. n. 8. an quam columbus? an quam omnes mulieres?
utitur Broukh. ad Tib. 1, 7, 14

v. 125 *ulla* revocavi antiquam hanc lectionem, omnibus Codicibus, Editionibusque subnixam; in solo enim Bodleiano, *illa.* Vossius cum in suo libro scriptum invenisset *uulla*, formavit inde *pulla,* et orationi Catullianae intrusit; quasi pulla columba, niveo coniuncta, improbiora oscula decerpat, quam eiusdem coloris columbae. abutitur ad hoc firmandum Vulpius verbis Sapphonis apud Ovidium XV Heroid. v. 37, ubi nec Burmannus Vossianae sententiae obloquitur:

Candida si non sum, placuit Cepheïa Perseo
Andromede, patriae fusca colore suae.
Et variis albae *iunguntur saepe columbae:*
Et niger *a viridi* turtur *amatur ave.*

sed, si quid video, nihil aliud spectavit Naso, nisi hoc, non semper paria, sed aliquando imparia, inter se coniungi, deformia pulcris, minoribus magna; qui eandem sententiam persequitur II Amor. XVII, 14. Dum igitur ex Historiâ Naturali, eâque Veteribus cognitâ, constet, diversi coloris columbas lascivius sese amare, quam unius eiusdemque, a verbis quidem Catulli *pulla*, ut puto, relegabimus. Caeterum in re amatoriâ crebram columbarum mentionem fieri, docet Barth. ad Claud. p. 790.

v. 126 *quae multo;*] haec est Codicis Datiani, meique, aliorumque, quatuor Vossianorum, uniusque Lipsiani, Vaticani, Mediceorum omnium, Riccardiani, lectio, et Venetarum etiam duarum, Parmensis et Rhegiensis; alii Codices habent *qui*, unus Palatinus *quod*, Mediolanensis *quam. quae multo* probabat iam Avancius, quo magis miror, Aldum in diversa abiisse. nempe le-

Quanquam praecipue multivola est mulier.
Sed tu horum magnos vicisti sola furores,

Vt

---

lectionem prorsus aliam exhibet Codex Corvini, *seu quicquid*, et cum eo Parthenius, Aldus, Aldique sequaces, Raphelengius etiam, licet Scaliger alteram revocasset. Calpurnius A. 1481 *seu quid.* qualia secutus Lambinus ad Lucret. I pag. 45 volebat *seu quid alid*; at in ineditis *sive aliquid.* pro *multo* in variantibus Fabricianis est *invito. multo improbius* mihi dictum videtur pro *improbissime.* ita poëta Tragicus apud Ciceronem I de Div. c. 31:

Mater optuma, tum multo *mulier* melior *mulierum.*

v. 128 *Quanquam* est in duabus editionibus Venetis, et Rhegiensi, et tribus Vossianis, et Lipsii, Memmiano, Colbertino, Mediceis omnibus, Riccardiano, Vaticano Ms; neque abludunt alii Codices, usi fere scripturae compendiis, quibus nostri carent typothetae; V. C. Perreii *Quaeque et*; quod in Collationibus etiam Coluthi, et Excerptis Minturni et anonymis occurrit. Codex Corvini cum duobus Saibantis, et margine Vallieriani, *Quantum*, quod vulgarunt iam Calpurnius, Parthenius, et Aldus refragante Avancio. *Quanquam* ex veteri scriptura revocavit Scaliger, quod et ipse praefero Vossianae coniecturae *Quam quae*, licet et Marklandus et Schraderus Vossio accedant; neque opus pro *multivola* Heinsiano *vulgivola.* pro *est* Ruhnkeniana Excerpta, sed ea sola, *es.*

v. 129 *tu horum;*] ita quondam constanter edebatur, nisi quod Muretus et Raphelengius dederint, *harum.* primus Scaliger ex suo Cod. *olim*, iungens *olim-magnos* more Graeco. ego *olim* nusquam reperi, sed in Corviniano, Datiano, uno Saibantis, Vallieriano, Leidensi, duobus Regiis, Mediceo,

 Gu-

Vt ſemel es flavo conciliata viro.
Aut nihil, aut paulo cui tum concedere digna,
Lux mea ſe noſtrum contulit in gremium;
Quam

Gudiano, et Mediolanenſi, *horum*; in quindecim aliis *tuorum*, in Commeliniano *tu eorum*, in altero Mediolanenſi *tuo*, in Naniano *tu hoſtis*. Sed tu *Chaonios* Eldikius tentabat.

v. 130 *Vt;*] Mediol. *Et.* *es*] bonis Codicibus nititur et Editionibus; ſed ſedecim Codices, et duae Venetae, *e*; qui voluerunt *Semele*, ut eſt in Cod. Burman. Datianus *eſt. conciliata;*] in re amatoria huic verbo ſaepe quidem ſubeſt aliquid turpiculi; dicitur tamen honeſto etiam ſenſu, docente Mercero ad Nonium Marcellum p. 96.

Sic tentat Jorting. frustra, puto: nam cohaerent haec ita: mea diva se in domum meam intulit v. 70 ut in Protesilaeam Laodamia, v. 74. cui nihil digna cedere lux mea se tunc in nostrum contulit gremium.

v. 131 *paulo* in omnibus eſt libris, tam editis fere quam ſcriptis; ſed *paulum* in Collationibus Coluthi, Excerptis Perreii, anonymi et Cacciae, editione Gryphii 1551 et Hanovienſi; hoc probabat Perreius, ſed Dukero rectum videtur *paulo*. eſt haec formula Graecorum obvia, ὀλίγον ἢ οὐδέν vid. D'orvil. ad Charit. p. 623. quod magis mirum, in Codicibus meis ad unum omnibus inque editionibus, Muretinâ antiquioribus, eſt *tu* pro *tum*, quod primus dedit Muretus, probaruntque Scaliger, Lipſius, Raphelengius, Vulpius. *tu* qui reduceret, inventus eſt Voſſius; ſed merito hoc ipſam ultimam barbariem vocat D'orvillius d. l. ipſe Voſſius in ineditis reliquit: „ forſan *cui cum*, ſed malo illud σολοικοφανές". *tum* in uno Cod. invenerat Statius, memoratque in notis Guarinus; apud me exſtat tantum in excerptis Cacciae. in exemplari bibliothecae Leidenſis aſcriptum erat, *nunc*, quod comparet etiam apud Forcellin. v. *paulo*.

Varr. Castel.

pro cui tu Syncliti. in marg. cuiquam vel cui tum.

v. 132 *contulit;*] ſoli Corradino, cui homini elegantiae laus denegari nequit,

Quam circumcurſans hinc illinc ſaepe Cupido
Fulgebat crocinâ candidus in tunicâ.

Quae

---

quit, in mentem venit legere *cum tulit*, ut habeat *tum*, *quo referatur*; haud ſcio tamen, an *tum* orationi cum v. 71 connectendae inſerviat.

v. 133 *Quam*;] quinque Codices et duae Venetae cum Rhegienſi *Qua*. *circumcurſans*;] Cod. Leidenſis, Nanianus, Bodleianus et Parm. Rhegienſis editio *circumverſans*.
hinc illinc in plerisque eſt libris ſcriptis, in duodecim tamen et Carlon., iisque valde bonis, *huc illuc*, quod editionibus omnibus propagatum primus Scaliger hortante Statio eiecit. ſolus Vaticanus *hinc atque hinc*. Leidenſis *hic illic*.

Pontan ad Macrob. de differ et ſociet. p 748.

v. 134. *Fulgebat*;] dubitat Vulpius, Cupido croco tunicae, an levibus genis fulſerit; equidem candore eum ſuo fulſiſſe exiſtimo.
crocinâ;] in Vaticano et Gudiano male *croceâ*; *crocinus* forma rarior, quae tamen vereor ut ſuo loco poſita ſit in Merceri quidem Editione Nonii v. *luteus color*. *croceo ſubtemine veſtem* Veneri dat Valerius Flaccus VIII, 234. forſan Catullus Cupidini, quem apud alios exceptâ Sapphone nudum ſemper offendimus, crocotam dederit tenuem veſtem et pellucidam, per quam fulſerit paene ut nudus; Bacchi quoque indumentum, et Hymenaei apud Ovidium XXI Her. 162:

de crocota agit Ferrarius l. 3. c. 20 p. 764. T. VI. Thes. Antiq. ubi illa indicea

Et trahitur multo ſplendida *palla* croco.

crocea chlamys ex tenui linteo. Virg. XI Aen. 775.

et v. 161. et lib. X Metam. init. quali velatum fuiſſe Antonium, egregie docuit Cl. noſter Ruhnkenius ad Vellei. II cap. 82; non ſecus ac de Polyſperchonte refert Euſtathius ad Iliad. Ψ. p. 1416 v. 1 edit Baſil. ἱςορία δηλοῖ λέγουσα Πολυσπέρχοντα, τὸν ἔνδοξον Μακεδόνα ςρατηγὸν, ἐνδυόμενον κροκωτὸν καὶ ὑπο-

Quae tamenetsi uno non est contenta Catullo,
Rara verecundae furta feremus herae;
Ne nimium simus stultorum more molesti.

Sae-

ὑποδυόμενον Σικυώνια, διατελεῖν ὀρχούμενον. quae descripsit ex Athenaeo lib. IV p. 155 C. ita crocotam respicit Virg. IX Aen. 614 hominum vestitum molliorum:

Vobis picta croco *et fulgenti murice vestis.*

et fortasse Alcman apud Hephaest. c. 39:

Τάδε Μῶσαι κροκόπεπλοι.

tunicâ;] an hoc voluit Suidas: ὁ μὲν οὖν κροκωτὸς ἔνδυμά ἐστιν. τὸ δὲ ἔγκυκλον, ἱμάτιον· et in v. ἔγκυκλον, ubi confirmat Kusterus. confer Perizon. ad Aelian. V. H. VII, 9 not. 1.

v. 135 *tamenetsi;*] coniunctim hoc vocabulum scribendum esse, primus observavit Paul. Manutius in not. ad Cic. lib. IV ad Div. ep. 15; quem sequuntur Voss. Art. Gr. l. II c. XVI p. 214, Thomasius in Tursellini opere de Particulis p. m. 995, Vulpius et Ernestius. sed Oudendorpius ad Caes. de Bell. Gall. V c. 34 duabus scribit vocibus, ut editum est in Bedâ p. 2367, 25. atque ut scribitur in cod. . . . Cic. XIII ad Div. 71. quod Graevius ex codd. receperat, quum vulgo legeretur tametsi.

v. 136] nulla uspiam variatio mihi obvia fuit in hoc versu, nisi apud Guarinum, qui refert, legi etiam:

Rara verecunde *furta feremus* heri.

v. 138

Saepe etiam Iuno, maxima Coelicolûm,
Coniugis in culpâ flagrabat quotidianâ,

No-

---

v. 138 *Saepe*;] Schraderus volebat *Ipsa*; vel hoc modo totum locum divinabat constituendum:

Passa *etiam Iuno, maxima Coelicolûm*,
Coniux *in culpâ* flagrantem *quotidianâ*.

magna dicitur Iuno Virgilio VII Aen. 308; *maxima* Ovidio III Metam. 263, et forsan XIV Her. 95:

Illa Iovis magnae *pellex metuenda sorori*.

nempe expuncto *magni*; quem versum difficultate laborare, senserat etiam Oudendorpius ad Sueton. Caes. c. 49, et Heusingerus in Variantibus Codicum Ovidii Guelpherbitanorum.

v. 139 *flagrabat* recepi ex unico Corvini Codice, Vallieriani margine et editionibus Calpurnii et Parthenii, agnoscentibus etiam Coluthi Collationibus, Excerptis Perreii, Minturni, Anonymis et Ruhnkenii. Codices reliqui omnes cum editione Venetâ utrâque et Rhegiensi habent *flagrantem*, Vossio soloecismi gratiâ probatum; nisi quod Cod. Palatinus exhibeat *flagrante*, manus secunda Datiani *flagrantis*, quorum hoc Heinsio etiam in mentem venerat. *flagravit*, quam vulgatam dicere possis, Aldo debetur, Baluziano Manuscripto firmata. dubitant autem Interpretes, *flagrare* hic explicent, Iunonem, licet furta scientem, *amasse* tamen ardenter, an, licet *excandescentem*, tolerasse tamen furta. quin Statius et Broukhusius ingenue profitentur, se hic nihil intelligere, ille quidem versus aliquot deesse suspicatus.

H quo-

Noſcens omnivoli plurima furta Iovis.
Atqui nec divis homines componier aequum eſt;
In-

---

quorum parum abeſt quin ſententiae ſubſcribam. D'orvillius, ni fallor, aſcripſerat: f. *flagraſti.* .. .. *quotidianâ;*] altera difficultas in hoc verſu ſupereſt quantitas ſyllabarum in voce ultimâ. Et primam quidem recte, ut cenſeo, corripit Martialis l. X epigr. 65, et l. XI epigr. 1. ſuccurrere plerique Catullo tentant ſcribendo *cottidianâ*, quod in inſcriptione quoque occurrere, monet Forcellinus; ſed Catulli Codices ſervant *quotidiana.* Secundam autem ſyllabam contra Catullum produci video in omnibus exemplis, laudatis a Voſſio l. II de Arte *Grammaticâ* cap. 20 p. 235; Fabro; Hoogſtratano et *Burmanno* ad Phaedr. II IV, 8. Itaque Voſſius, Catulli auctoritate motus, ſyllabam ancipitem pronunciat. Faber pueris etiam notum ait, ſecundam ſyllabam aliquando corripi. Forcellinus temere affirmat, quia tres priores ſyllabae breves ſint, Poëtas metri gratiâ modo unam, modo aliam producere. Quicquid ſit, fateor equidem, me nullo certo loco in neutrâ ſyllabâ Poëtae auctoritatem ſtabilire poſſe. Nimis ſecuri itaque *recentiores* eam ſecuti ſunt. Non niſi Principem laudabo, Nic Heinſium Sylv. l. 3 p. 206 med:

Pagina quale tibi quotidiana *ferat:*

Illud *quotidianâ* tam parum differt etiam a ſuperiori *ſaepe*, ut ſic bis idem dixiſſe videri poſſit Catullus. ſcribitur in nonnullis Codicibus *cotidianâ* vel *9tidiana.* Antiquiores enim ſcribebant fere *cottidiana;* quod attigit Ruhnkenius noſter ad Rutil. Lup. I p. 11. Corruptela videtur Codicibus, quos nunc habemus, antiquior, et fortiori remedio indigere; quâ ratione excuſari fortaſſe poſſit audacior mea coniectura: *Coniugis in culpâ* flagrantem continet iram. ut quondam per compendium ſcriptum fuerit, *cotinetira*, quod ~~facile~~ in *cotidiana* abire potuerit. niſi quis cum Eldikio malit: Con-

Ingratum tremuli tolle parentis onus.

Nec

Coniugis in culpâ flagrante reconciliata.

v. 140 *Noscens omnivoli;*] ingeniose Heinsius *Omnivoli ignoscens.* cui forsan obversabatur Propertius lib. II el. 2 v. 56:

Iupiter, ignosco *pristina furta tua.*

Vti volebat illic Puccius pro *ignoro.* conf. Burmannum Sec. *furta* editi omnes, et praestantissimi Codicum, at horum plerique *facta*; Calpurnius, *furcta.*

Censor in Vaderl. Bibl. p 282 Iupiter ignoras pristina furta tua? an veterum furtorum oblitus est et firmat ex Leonidae epigrammate cum Stratone aliisque Odil Klotz p 67 et usur

v. 141 *Atqui* primus, ni fallar, vulgavit Calpurnius, cum ante eum legeretur *Atque*, et ipsum in Codd. nonnullis a me inventum. Codex meus *Atque nec o.* unus Mediol: *Atq.* alter et Datianus cum Gudiano et Riccardiano, *At quia.* duo Saibantis, *At quae.*

Ji Torrell atque n. 12 pro atqui.

homines;] Datianus a m. pr. et Riccardianus *hominem.*
componier] est in margine Vallieriani, atque ita primus iterum Calpurnius, et recte quidem, ut videtur; ante eum tamen edebatur *componere*, quod nescio an omnes ostendant Codices; unde duo Saibantis et Nanianus addunt etiam *iustum* pro *aequum*, et Vaticanus *fas.*

v. 142 *Ingratum;*] *Eretum* solus Commelin. Cum nexus huius versus cum vicinis esset obscurior, et a quibusdam libris ipse abesset, uti apud Latinum Latinium, Muretus et Broukhusius spurium putabant. Sed in meis Codicibus, et editionibus antiquis hic nulla conspicitur litura; et commode Scaliger ita interpretatur: „ molestum senem, qui amoribus filiae intervenit, ingratum *onus* vocat". quod qui non probat, admittere possit *opus.* nec

sper-

Nec tamen illa mihi dextrâ deducta paternâ
Fragrantem Assyrio venit odore domum;
Sed furtiva dedit mirâ munuscula nocte,

Ipsi-

spernenda pro *tremuli* Schraderi divinatio *queruli*. *tolle* antem pro *tollatur* dixit quasi ex formulâ; Ovid. I Amor. VIII, *66*; I Art. 718; Iuven. Sat. VI v. 170.

v. 143 *dextrâ*,] dictione maxime propriâ, exstat in Corviniano, Gudiano, Vallieriano, Regiis, Fauriano, Lambin. Mediceo, Datiani margine, omnibusque editionibus, exceptâ Vossii, qui cum in Mediolanensi invenisset *ueta*, exsculpsit inde, ediditque *Vesta*. reliqui MSS. habent *deastra*, Bodleianus *decastra*, Leidensis *oleastra*. respici crediderim ad ritum nuptiarum maxime solennem, cum virgo in manum viri conveniebat, sive, ut puto, a patre de manu in manum traderetur; Terentius And. Act. I Sc. V v. 61:

Te isti virum do, *amicum*, *tutorem*, *patrem*.
Bona nostra haec tibi permitto, *et tuae mando fidei.*
Hanc mihi in manum dat.

ubi commode Donatus notat: *apparet*, *quod* iunctis dextris *haec dicebat*, *ideo et*: *per hanc* dextram *te oro*, [v. 54.]
quo observato lepor accedit versui Ovidiano in Epist. Paridis v. 313:

Paene suis *ad te* manibus deducit *amantem*.

ubi consuli queat Burmannus. Catul. LVIII, 60:

Et

Ipsius ex ipso dempta viri gremio.
Quare illud satis est, si nobis is datur unus,
Quem

Et tu ne pugna cum tali coniuge, virgo.
Non aequum est pugnare, pater *cui* tradidit *ipse*,
Ipse pater cum matre, quibus parere necesse est.

v. 144 *Fragrantem* in optimis; alii *Flagrantem*, Commelinianus et Baluzianus *Fragrans*.

v. 145 *mirâ* in duabus Venetis est et Rhegiensi, et Codicibus omnibus, si a duobus Saibantis et Fauriano discedas, qui habent *nigrâ*, excusum etiam a Calpurnio, sequentibusque, donec Scaliger *mirâ* revocavit, non obtemperante tamen Raphelengio. *mirâ* non male vindicat Vossius, explicatque *praeclarâ*. ita Cic. pro Rabir. Post. c. 16: Haec mira laus est, *quae non poëtarum carminibus, non annalium monumentis celebratur, sed prudentium iudicio expenditur.* Heinsius excogitavit *primâ* quemadmodum apud Propertium III, xix:

Nox *mihi* prima *venit: primae* data tempora *noctis;*
Longius in primo, luna, morare toro.

vereor tamen, ut huic loco conveniat. Schraderus *niveâ*, ut candidam noctem Propertius dixit II xii, 1, et Ovid. xvi Her. 318. *munuscula*, concubitum, δῶρα φιλοστεφάνυ Ἀφροδίτης. Vid. Cl. Ruhnkenium ad Hymn. praef. cuius optimam explicationem firmat hic Catulli locus.

v. 147. 148] totum locum aliter constituit Corvini Codex

Qua-

Quem lapide illa diem candidiore notat.
Hoc tibi, quod potui, confectum carmine munus
Pro

Quare illud satis est, si nobis id *datur* unis,
Quod *lapide illa* dies *candidiore notat.*

cum quo ne unus quidem alius Codex plane consentit, nec meus, nec cuiusquam Interpretum; sed consentiunt plane editio Calpurnii, et Parthenii, atque eae solae. *nobis* est in optimis, at in novem aliis *vobis.* vide nunc, quâ auctoritate a me recepta lectio nitatur:
v. 147 *is* est in Codice Datiano, altero meo, duobus *Gudianis*, vetere Lipsii, quarto Mediceo, *Riccardiano*, Excerptis Ruhnkenianis et Anonymis, aliisque Codicibus. (*his* enotat Statius ex Maffei Cod.) *sit* est in editione Romanâ et Beroaldinâ secundâ. *id* sexdecim habent praeter Corvinianum, et editiones omnes usque ad Scaligeranam priorem A. 1577.
datur;] *datis* Commelinianus tantum.
unus exstat in Datiensi, duobus *Mediolan.* Palatin. Commelin. vetere Lipsii, duobus G*udianis*, Riccardiano, Excerptis Anonymis. *unis* est in octodecim Codd. et cunctis editionibus; cui lectioni adversatur v. 136, ubi plurium furta se laturum profitetur. *unius* Codex Bodleianus. *id unum* probabant Guarinus et Fruterius. Scaliger in primâ editione edidit — *is datur imus*, quod placebat Lipsio, afferenti etiam Sophocleum illud μήπω μέγ' εἴπῃς, πρὶν τελευτήσαντ' ἴδῃς. quod recte iam respuit Raphelengius. sed hanc Scaligeri lectionem Vossius expressit *perperam*, siquidem ille sententiâ mutatâ A° 1600 in notis legendum monuit, quemadmodum nos exhibuimus. *is datur unus* suadet quoque Puccius. Denique Dukerus legit: *quis datur unus.*

v. 148 *Quem* invenitur in omnibus libris scriptis praeter Regium chartaceum, qui a secundâ m. habet *Quod*; (conf. ad v. superior.) Collationibus Coluthi et Excerptis omnibus; et duabus Venetis primis, et Rhegiensi; *Quae* in Romanâ; *Quo* invexit Aldus, donec Scaliger eiecit.

il-

Pro multis, Manli, redditur officiis;
Ne vestrum scabrâ tangat rubigine nomen
Haec

---

illa;] *ille* Commelin. et Baluz.
diem in Dati Codice a manu secundâ, et in paucis, credo, aliis, qui nunc ad manum non sunt, sed quorum excerpta tacent ad hanc Vossii lectionem. *diem* puto habere Romanam, et liquido affirmo Rhegiensem, unde in Aldinam caeterasque recentiores devenit. *die* Palatinus; *dies* quinque et viginti Codices, et utraque Veneta, Vicentina et Brixiensis.
notet, ut Riccardianus, Baluzianus et suprascriptum Vallieriano, edidit solus Aldus, nisi eius etiam sequaces numerare velis.
Nihil autem impedit, quo minus dies hic etiam noctem comprehendere intelligatur; adi Burmannum ad Ovidii Fastos lib. V v. 492. Sensus distichi idem, qui Carm. 102:

Restituis cupidò, atque insperanti ipsa refers te
Nobis. o lucem candidiore notâ!

v. 149 *quod*;] solus Mediolan. *quem*. solus item Muretus, sive cum eo etiam Raphelengius, *quo*. sed formulam, *quod potui*, erudite vindicat Burmannus, dum fuit, meus ad Lotich. T. I p. 275.

v. 150 *Manli* ex duobus Codicibus, Perreii et Cacciae, recepi; ante me tamen fecerat Raphelengius nescio unde, sed ex illo profecto editiones quaedam recentissimae. omnes Codices, nec nullius auctoritatis Editiones, habent, *aliis*. Scaligerana, *Ali*, vel *Alli* ab aliis iam refutata sunt, licet a quibus, et quo modo, minime decuerit.

v. 151 *Ne*;] aliqui Codd. *nec*.

ibid. *vestrum* primus edidit Aldus, et recte meo iudicio; hoc, sive
vostrum,

Quem lapide illa diem candidiore notat.
Hoc tibi, quod potui, confectum carmine munus
Pro

Quare illud satis est, si nobis id *datur* unis,
Quod *lapide illa* dies *candidiore notat.*

cum quo ne unus quidem alius Codex plane consentit, nec meus, nec cuiusquam Interpretum; sed consentiunt plane editio Calpurnii, et Parthenii, atque eae solae. *nobis* est in optimis, at in novem aliis *vobis*. vide nunc, quâ auctoritate a me recepta lectio nitatur:
v. 147 *is* est in Codice Datiano, altero meo, duobus Gudianis, vetere Lipsii, quarto Mediceo. Riccardiano, Excerptis Ruhnkenianis et Anonymis, aliisque Codicibus. (*his* enotat Statius ex Maffei Cod.) *sit* est in editione Romanâ et Beroaldinâ secundâ. *id* sexdecim habent praeter Corvinianum, et editiones omnes usque ad Scaligeranam priorem A. 1577.
datur:] *datis* Commelinianus tantum.
unus exstat in Datiensi, duobus Mediolan. Palatin. Commelin. vetere Lipsii, duobus Gudianis, Riccardiano, Excerptis Anonymis. *unis* est in octodecim Codd. et cunctis editionibus; cui lectioni adversatur v. 136, ubi plurium furta se laturum profitetur. *unius* Codex Bodleianus. *id unum* probabant Guarinus et Fruterius. Scaliger in primâ editione edidit – *is datur unus*, quod placebat Lipsio, afferenti etiam Sophocleum illud μήπω μέγ' εἴπῃς, πρὶν τελευτήσαντ' ἴδῃς. quod recte iam respuit Raphelengius. sed hanc Scaligeri lectionem Vossius expressit perperam, siquidem ille sententiâ mutatâ Ao. 1600 in notis legendum monuit, quemadmodum nos exhibuimus. *is datur unus* suadet quoque Puccius. Denique Dukerus legit: *quis datur unus.*

v. 148 *Quem* invenitur in omnibus libris scriptis praeter Regium chartaceum, qui a secundâ m. habet *Quod*; (conf. ad v. superior.) Collationibus Coluchi et Excerptis omnibus; et duabus Venetis primis, et Rhegiensi; *Quae* in Romanâ; *Quo* invexit Aldus, donec Scaliger eiecit.

il-

Pro multis, Manli, redditur officiis;
Ne vestrum scabra tangat rubigine nomen

Haec

---

illa;] *ille* Commelin. et Baluz.
diem in Dati Codice a manu secundâ, et in paucis, credo, aliis, qui nunc ad manum non sunt, sed quorum excerpta tacent ad hanc Vossi lectionem. *diem* puto habere Romanam, et liquido affirmo Rhegiensem, unde in Aldinam caeterasque recentiores devenit. *die* Palatinus; *dies* quinque et viginti Codices, et utraque Veneta, Vicentina et Brixiensis.
notet, ut Riccardianus, Baluzianus et suprascriptum Vallieriano, edidit solus Aldus, nisi eius etiam sequaces numerare velis.
Nihil autem impedit, quo minus dies hic etiam noctem comprehendere intelligatur; adi Burmannum ad Ovidii Fastos lib. V v. 492. Sensus distichi idem, qui Carm. 102:

> *Restituis cupido, atque insperanti ipsa refers te*
> *Nobis. o* lucem candidiore notâ!

v. 149 *quod;*] solus Mediolan. *quem.* solus item Muretus, sive cum eo etiam Raphelengius, *quo.* sed formulam, *quod potui*, erudite vindicat Burmannus, dum fuit, meus ad Lotich. T. I p. 275.

v. 150 *Manli* ex duobus Codicibus, Perreii et Cacciae, recepi; ante me tamen fecerat Raphelengius nescio unde, sed ex illo profecto editiones quaedam recentissimae. omnes Codices, nec nullius auctoritatis Editiones, habent, *aliis.* Scaligerana, *Ali*, vel *Alli* ab aliis iam refutata sunt, licet a quibus, et quo modo, minime decuerit.

v. 151 *Ne;*] aliqui Codd. *nec.*

ibid. vestrum primus edidit Aldus, et recte meo iudicio; hoc, sive

vostrum,

Haec atque illa dies, atque alia, atque alia.
Huc addent Divi quam plurima, quae Themis olim
Antiquis solita est munera ferre piis.

Si-

---

vostrum, multis posteriorum probatum est, convenitque versui 50 supra. ingeniose Vulpius comminiscitur *vestrum* dici, quia Manlii gentile nomen ad plures pertineat. non aliter Cicero ad Serv. Sulpicium lib. IV epist. 6: *vester Gallus*. nempe qui de gente erat Sulpicia. et lib. XIII epist. 66: *A. Caecinam, maxime proprium clientem* familiae vestrae, *non commendarem* tibi. et II de Finib. 35 §. 116; Ovid. II Trist. 65; II ex Pont. 3, 73. superiores, *nostrum*; hoc secutus est Muretus. Codices utrumque aequo fere numero.

Sic Cicero pro C. Rabirio c. 5. § 14. ait patronus vester, Labienus gentis [illegible] [illegible] tangens, cum modo ante patronum ipsum cum Graccho comparandum [illegible] ipse ostendisset. unde falso [illegible] n. 24 haec verba ex glossa nata contendit.

I ex Pont. 3,

scabra rubigine;] Vti saepius, ita hic quoque a Virgilio Catullum expressum esse, monuit Statius et Vrsinus I Georg. 495; forsan etiam ab Ovidio VIII Metam. 802: *Labra incana situ*; scabrae rubigine *fauces*. ubi male antiqui, *scabrâque rubigine dentes*. quae labes etiam nunc Prudentium inquinat in Psychomach. v. 105:

ne tecta rubigo
Occupet ablutum scabrosâ sorde *nitorem*.

Hoc Catulli loco [illegible] ad Propert. II, 19, 55 tuetur [illegible] Epist. [illegible] p. 58

sed eximenda Codicis Egmondani auctoritate, quo nunc bibliotheca gloriatur Leidensis:

ne sorde latenti
Occupet ablatum rubigo scabra nitorem.

alia, atque alia;] ex hoc dicendi modo, non parum eleganti, Victorius correxit veterem scripturam in Varrone l. I de Re Rust. cap. 2: *aliam et aliam*. ubi tamen ferri potest Aldina lectio: *argentifodinas, aut alia metalla*.

X. Aen. 812

v. 153.

Sitis felices et tu simul, et tua vita,
 Et domus ipsa, in quâ lusimus, et domina;

Et

---

v. 153. pro *Huc* in paucis *Huic*, *Hunc* et *Nunc*.
addent satis constanter scribitur; Gryphiana tamen A. 1551 et Muretus et Hanoviensis excuderunt *addant*.

Themis Iustitia est, sive Astraea; conf. Turneb. XVI Advers. 1; saeculi aurei praeses. unde v. seq. antiqui pii iidem sunt, qui Horatio *prisca gens mortalium*. pro *piis* margo Vallieriani *viris*.

v. 155 *Sitis* recte omnes Editiones, et Datii Codex, Leidensis etiam n. 81, Mediceus primus, et Riccardianus, aliique; duodecim habent *Satis*, unus meus *Felices satis*.
tua vita;] Hamburgensis solus *tui nati*; quinque *vitae*; Mediceus quartus *virtus*.

v. 156 *ipsa* editum sine variatione usque ad Scaligerum; atque hoc exstat in Datii Cod. Corviniano, Gudiano, Saibantis uno, Mediceo, Riccardiano, Vallieriano, duobus Regiis, Baluziano et Palatino membran. *ipsi* in Naniano, ut Pantagatho olim placuerat. tota vox abest a sexdecim MSS. itaque *ipsa* et mihi excudendum existimavi, quamvis nesciam, elegantiorne sit *ipse*, coniectura Scaligeri, figurâ Alcmanicâ, quam hic subesse notat alicubi, meâ laude maior, Valckenarius. in Vallieriano correctum erat *Et domus, in quâ* nos lusimus. *Ipsi in quâ lusimus* in dominâ, eleganter coniiciebat Schraderus; ut Propertius dixit II v, 4:

in quâ *populus* lusit *Erichthonius*.

atque hoc sane modo, non eidem puellae ter felicitas vovebitur. *ludere*,

quod

Et, qui principio nobis terram dedit, a quo
Sunt primo nobis omnia nata bona;

Et

---

quod Catullo in deliciis, praeter Forcellinum illustrat Grang. ad Iuv. VII, 239, et Burm. ad Anth. T. II p. 516 col. b.

v. 157 *principio* inventum in duabus Venetis Principibus et omnibus Codicibus praeter Corvinianum et Faurianum, qui habet *praecipue*, obvium quoque in Editione Romanâ, Vicentinâ, et Brixiensi; sed recte *principio* reduxit Aldus.

terram;] *terra* Mediolanensis, sed *terram* agnoscunt omnes Codices itemque Collationes Coluthi, Excerpta Ruhnkeniana, Cacciae et Anonyma, Editionesque, cui primus Aldus supposuit *dominam*. Statius coniecerat *teneram*. pro *terram dedit* Scaliger ex coniecturâ edidit *te trandedit*; diffidebat tamen sibi vir magnus in posteriore editione. *terram dedit* referunt Interpretes ad v. 67 supra:

Is clausum lato patefecit *limite* campum.

ubi vide, quae notavi.

Sunt primo nobis omnia nata bona;] in his reliquis distichi verbis secutus sum Codicem Corvini, cui ne unus quidem alius accedit; accedunt tamen Romana, credo, editio, *Vicentina certe*, Brixiensis, Aldina, multae recentiores, Raphelengiana etiam. non ea autem in recipiendâ hac lectione me movit ratio, quod sinceram lectionem ducerem, sed quod nullus alius Codex hic sensum, qui ferri possit, exhiberet. pro *a quo* in duabus editionibus Venetis, et Rhegiensi, et triginta MSS. est *aufert*. in Excerptis Minturni et editione Guarini *atque*, quae coniectura est Parthenii. margo Codicis Leidensis habet tres glossas *autore*, quam arripuit Vossius, *augure*, et *auspice*, unde Lipsius volebat *te trandedit auspex*. mira hoc loco commenta legere possis apud Commentatores, qui nos praecesserunt.

v. 158

Et, longe ante omnes mihi quae me carior ipſo eſt,
Lux mea, quâ vivâ vivere dulce mihi eſt.

---

v. 158 *Sunt primo nobis;*] excepto Corviniano omnes Codices, numero plures triginta, habent *A quo ſunt primo;* niſi quod duo Saibantis, Vallierianus et Mediceus primus *A quo ſunt primo iam;* cum his congruunt duae Venetae et Rhegienſis. et illud *iam* procul dubio a malâ manu profectum ad hiatum ſupplendum, qui tamen Catullo familiariſſimus; ſed *nobis*, niſi in Corviniano et ſupraſcriptum Vallieriano, in nullo Codice reperitur. *primo ſunt* Scaliger ſe ex ſuo libro edere ait.
pro *nata* in Bodleiano *nuta. bona* eſt in Corviniano et Bodleiano, et iam in Calpurnii et Parthenii poſterioribusque editionibus; *ſed bono in* duobus et viginti Mſſ. et ſecundâ Venetâ cum Rhegienſi. totus verſus deeſt in uno Voſſiano et Mediolanenſi.

Verbo, in loco perdifficili mihi nihil aeque ſe adhuc probat, quam admiſſo eliſionis neglectu egregia ingenioſiſſimi Wetſtenii pro *aufert* reſtitutio *ubertim*:

> *Et qui principio nobis terram dedit*, ubertim
> *A quo ſunt primo omnia nata bona.*

v. 159 *Sed longe* Latinus Latinius.
ipſo ſtat plerisque Mſſ. auctoribus; *ipſe* eſt in Datiano et Riccardiano; *ipſa* in tribus Saibantis, Mediceo, Vallieriano et Corviniano, et ante Aldum editis.

v. 160. *eſt* abest a fine verſus in Datii Cod. et Riccardiano.

